Digitized by Google

201
29 H
7

SCRIPTORES EROTICI GRAECI

VOLUMEN TERTIUM

LONGUM

ET XENOPHONTEM EPHESIUM

CONTINENS.

ΛΟΓΓΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ



LONGI PASTORALIUM

DE DAPHNIDE ET CHLOE

LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE

ACCEDUNT

XENOPHONTIS EPHESIACORUM

DE AMORIBUS

ANTHIAE ET ABROCOMAE

LIBRI V

TEXTUM RECOGNOVIT, SELECTAMQUE LECTIONIS

VARIETATEM ADIECIT

CHRIST. GUIL. MITSCHERLICH

PROFESSOR GOTTINGENSIS

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS

CIↃIↃCCXCIV



NOTITIA LITERARIA
DE
LONGO.

LONGUS [1], incertae aetatis ſcriptor, & vix cuiquam veterum memoratus, in Iungermanni Codice vocatur [2] Σοφιστὴς, & poſt Heliodorum ſcripſiſſe videtur, eumque locis quibuſdam imitatus eſſe. Exſtant eius libri quatuor Ποιμενικῶν τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην, *Paſtoralium de Daphnide & Chloë*, quos Politiano pridem laudatos cap. II

1 Anonymus in Nuntio hebdomadico Florentino (*Novelle letterarie*) ad d. 17 Sept. 1779, p. 606, auctor eſt, in Codice illo, qui praeter Longum, Charitonem & Xenophontem Epheſium complectitur, quique in Bibliotheca Caſſinenſium eius urbis aſſervatur, noſtrum ſcriptorem non Longum ſed Logum appellari, tam in inſcriptione, Λόγου ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην, quam in fine, Τέλος Λόγου ποιμενικῶν, τῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην Λεσβιακῶν ἐρωτικῶν λόγοι τέσσαρες. Sed cognomen Longi videtur probabilius, tranſvectum quippe e Latio; & alterum, quod nullus liber alius agnoſcit, e ſcripturae compendio ortum videtur. Ex epigraphe vero iſta diſcimus, Longi ſcripta etiam Lesbiaca vocata fuiſſe, ut Heliodori Aethiopica & ſimil.

2 Enimvero Iungermannus nullum prorſus Codicem ad manus habuit; & dubitandum omnino, an illud in Codd. reperiatur. Neque enim habet ed. Iunt. ad Codices Italicos expreſſa, neque agnoſcunt tres Codd. Pariſ. a Villoiſono inſpecti. Maxime vero Sophiſtae appellationem reſpuit venuſta huius ſcriptoris ſimplicitas.

Miſc. & a Iac. Amyoto Gallice verſos Pariſ. 1559, 8. primus Graece in lucem edidit ex Aloyſii Alamannii Bibliotheca Florentiae apud Philippum Iuntam a. 1598, 4, cum variis lectionibus Raph. *Columbanius*. Ac in textu quidem conſtituendo navarunt ei operam Henricus Ciffius, Anglus, & Marcellus Adrianus, Florentinus, quorum perſpicaci iudicio exemplar ſuum, quam fieri potuerit, maxime expurgatum eſſe, gratus in praef. profitetur. Eidem ſtudium ſuum contulit Fulv. Urſinus, qui Codicem eius cum tribus ſuis MSS. Romae comparavit, lectionumque diverſitates ad eum tranſmiſit, quas cum ſui Codicis lectionibus editioni ſuae Columbanius attexuit. Urſinum autem tres ſuos optimae notae Codd. non integros a capite ad calcem cum Florentino Aloyſii Alamannii Codice, ſed dumtaxat in quibuſdam locis contuliſſe, ex eo patet, quod ipſe Columbanius ſic ſcribit pag. 82 not. „ita ex Cod. Urſini locum concinnavimus. Is enim, antequam nos hunc librum impreſſioni ſubiiciendum traderemus, *locos aliquot* cum ſuis Codd. collatos, Roma ad nos remiſerat.„ Opus hoc proſa amoena [1] Graeca ſcriptum Latino carmi-

1 Vere de eo Villoiſ. praefat. pag. XXXVI: *Longi oratio pura, candida, ſuavis, minutis articulis membriſque conciſa, & tamen numeroſa, ſine ullis ſalebris, melle dulcior profluit, tanquam amnis argenteus virentibus utrinque ſilvis inumbratus, & ita florens, ita picta, ita expolita eſt, ut in ea verborum omnes, omnes ſententiarum illigentur lepores. Translationes ceteraque dicendi lumina ita apte diſponit, ut pictores colorum varietatem. Elegantes fabellas, vividas deſcriptiones, quae res ipſas oculis ſubiiciant, perite intexit, & ſimilitudines ac imagines e ruſtica paſtoralique vita petitas feliciter adhibet. Xenophontis ſimplicitatem, Theocriti veneres, Moſchi & Bionis floſculos conſectatus & ſaepiſſime conſecutus eſt.*

ne in Expoſitis ſuis reddidit Laurentius *Gambara* iam tum ſenex, ſed libere adeo, ut ſaepe vix Longum agnoſcas; adeo multa addit, demit, mutat; ut taceam, quod ſaepe nec mentem Longi fuerit aſſecutus, quippe poëta melior, quam Graece intelligentior, ut ait Voſſius de Hiſtor. Graecis; & ante eum Iungermannus praef. ad Longum: Non eo ſine Gambara ſuos Expoſitos cecinit, quod voluerit interpretem Longi agere. Quin ſuo ſibi modo immutat, mutilat, confundit Longiana. Et de ipſius peritia ἀλλησισμοῦ ne quid odioſe protuliſſe videar, dicant tibi doctiſſimi illi, quos laudis & honoris gratia nomino, Stephanus & Vulcanius. Ex hac Gambarae Metaphraſi factum eſt, ut Mallincrotus pag. 39 Paralipom. de Hiſtoricis Graecis, & poſt eum Morerius in Lexico, perperam tradiderint Longum carmine heroico de Amoribus Daphnidis & Chloës ſcripſiſſe, cum proſa opus ſuum Graece contexuerit.

Iuntinam excepit illa, quam Iuda & Nicolaus *Bonvitii* Heidelbergae an. 1601, 8, typis Commelinianis expreſſerunt. Adiunctam habet Gambarae Metaphraſin, nihilque plane neque a Codd. neque ab ingenio in eam collatum, quo lectio Longi expeditior facta ſit; ut operarum vitia taceam, quibus contextus ſcatet innumeris.

Meliorem operam navavit Longo Gothofredus *Iungermannus*, qui eum Graece & Latine edidit Hanoviae, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium & heredes Iohannis Aubrii an. 1605, 8, additis ad calcem voluminis brevibus ſed eruditis notis, in quibus praeter Florentinam ed. Codices MSS. Fulvii Urſini Romae collatos conſuluiſſe ſe teſtatur.

Iungermanno in hac palaestra succesſit homo longe diſpar, (ſunt verba Villoiſoni Proleg. ad Long. pag. LX) ſive doctrinam, ſive ἀγχίνοιαν & εὐστοχίαν criticam, ſive ingenuum candorem & modeſtiam ſpectes. Loquor de Petro *Mollo*. Snecano, qui an. 1660 Longi Poemenica cum ſua verſione & notis ad calcem reiectis edidit, γεγονὼς ἡλικίας ἤδη πρόσω, ut ipſe ait in ſua dedicatione. Libri titulus eſt: Λόγγου Ποιμ. — βιβλία τέτταρα· *Longi — libri quatuor: Petrus Moll, Snecanus, I. U. D. & Gr. Ling. Prof. Ord. in Acad. Franek. Friſior. recenſuit, in Latinum ſermonem vertit, notis & animadverſionibus illuſtravit. Franekerae, ſumtibus Ioannis Arcerii*, an. 1660. In textu quidem exprimendo editionem Florentinam ſecutus eſt, ita tamen, ut, ubi Codd. Urſiniani meliora ipſi ſuggerere viderentur, hos amplecteretur, neque tamen lectorem de mutata lectione, mutataeque lectionis fonte ac cauſa certiorem faceret. Notae eius admodum futiles ſunt, & maxime in rimandis etymologiis occupatae; indignae prorſus viro, qui in academia Franequerana Graecas literas profiteretur. Idem Iungermanni interpretationem ignorans novam verſionem Latinam adornavit; quam cum abſolviſſet, demonſtrata licet ipſi poſtea ab amico Iungermanniana editione, noluit labores ſuos ſibi perire, ſuamque verſionem editioni a ſe curatae adiiciendam curavit. Quae etſi interdum altera praeſtet, in plurimis tamen locis Iungermannianae iure poſtponenda videtur.

Mollianam ſecuta eſt ed. Pariſienſis [1], quam

1 In Batavis oris excuſam eſſe hanc edit. recte iudicat Dutens praef. editionis ſuae. Et ſane hanc editionem inſpicienti res ipſa facile opinioni huic fidem facit.

bibliopola Neaulme an. 1754, 4, excudi curavit. Graeco textui ad latus appoſita eſt verſio Mollii Latina; habetque haec editio emendationes quaſdam in ipſo contextu ſuo quaſque loco diſpoſitas, uncisque incluſas. Quemnam iſtae auctorem habeant, & a quo omnino iſta editio curata ſit, huius quidem rei notitiam e libro iſto, cui ne praefatio quidem adiecta ſit, fruſtra petas, neque de eo aliunde conſtat. Libri huius titulus eſt: *Longi Paſtoralium de Daphnide & Chloë Libri IV. Graece & Latine: editio nova una cum emendationibus, uncis incluſis, diſtincta viginti novem figuris aeri inciſis a B. Audran, iuxta delineationes Celſiſſ. Ducis Aurelian. Philippi, & tabula ab A. Coypel delineata: accedunt alia ornamenta, partim ab A. Cochin, partim a C. Eiſen adornata & a Simone Fokke in aës eleganter inciſa. Lutetiae Pariſiorum, in gratiam Curioſorum, MDCCLIV.*

Aliam Pariſiis editionem, elegantiſſimis Fr. Ambroſii Didoti typis expreſſam, & nonnullis variis lectionibus, iiſque ad calcem reiectis, ornatam ſine verſione an. 1776 apud Guillelmum de Bure in 12 prodire iuſſit Ludovicus *Dutens*, vir eruditiſſimus.

Proximo temporis, ſi vero interiores libri dotes ſpectes longiſſimo intervallo, Dutenſianam inſecuta eſt *Bodeni*, Profeſſoris Vitebergenſis, quae Lipſiae Iunii ſumtibus an. 1777, 8, lucem adſpexit, editio; in qua adornanda idem fere, quo Tatium ſuperiore anno evulgaverat, ſecutus eſt conſilium. Namque & ſuperiorum interpretum, Columbanii, Urſini, Iungermanni, & Molli animadverſiones, nullo plane delectu adhibito, textui iterum ſubiici curavit, nonnulla

tantum de ſuo addidit, levioris ea momenti; unde adeo Longo novae lucis parum affuſum eſt. Praeter Mollianam verſionem adiecit etiam Gambarae Metaphraſin, ne iniuria temporis periret. Scilicet his omnibus effectum voluit, „ut ſuaviſſimus ille Longus aere parabili in plurium manus perveniret. „

His vero omnibus palmam praeripuit, vereque Longo ſoſpitator exſtitit, vir interiori Graecae linguae ſcientia, exquiſitiſſimiſque variae ac multiplicis doctrinae copiis inſtructiſſimus, idemque ingenii laude florentiſſimus Iohan-Baptiſta Caſpar d'Anſſe de *Villoiſon*, qui eum cultu Didotiano, h. e. ſplendidiſſimo, prodire iuſſit Pariſiis an. 1778, forma 8. Is, ut textum Graecum exhiberet emendatiorem, non ſolum priorum edd. excuſſit inque uſum ſuum convertit praeſidia, ſed novas etiam, quibus Longo priſtinum nitorem redderet, undique conquiſivit atque adhibuit copias. Ac praeterquam quod ei tres Codd. Bibliothecae Pariſienſis multas eaſque optimae frugis lectiones ſuppeditarent, ad partes etiam cum fructu vocavit Amyoti verſionem Gallicam, factam ad optimum Codicem, & hucuſque ab Interpp. neglectam. Neque deſuere viri docti, qui ſuas in Longum animadverſiones & coniecturas cum eodem communicarent; e quibus Valkenarium & Wyttenbachium nominare ſufficiat. Maxime vero ſuo ipſius ingenio doctrinaque adiutus, tam felici ſaepius in expoliendo hoc ſcriptore verſatus eſt opera, ut pauciſſima tantum ſuperſint, quae ſolius praeſtantioris Codicis (nam *potuit quae maxima virtus eſſe, fuit*) opem adhuc implorent. Latinam verſionem idem vir egregie doctus ad latus appo-

fuit e Iungermanniana & Molliana conflatam, ita quidem, ut, quid in hac aut in altera minus barbarum deprehendiſſet, hoc amplecteretur, ubi vero ſenſu eas aberraſſe vidiſſet, aut ubi ipſe novam textui lectionem intuliſſet, vitia tolleret, ac ſententiam ad receptam lectionem accommodaret.

Villoiſonianum Longi contextum ſub prelum iterum vocavit, ſplendidiſſimoque cultu exornatum dedit Io. Bapt. *Bodonius*, Regii Parmenſis typographei praefectus, cuius libri titulus eſt: *Λόγγου ποιμενικῶν τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην βίβλοι τέσσαρες, cum Proloquio* (Pauli Mariae Paciandii) *de libris eroticis antiquorum. Parmae ex regio typographeio* 1786, 4.

Eandem Villoiſoni editionem & nos maxime in textu conſtituendo ſecuti ſumus; eſt tamen, ubi ab ea, noſtro obſecuti iudicio, pauliſper receſſimus. Eiuſdem verſionem emendatiorem retinuimus, nonniſi in iis locis immutatam, ubi nova inducta aut veteri revocata lectione, eiuſdem ſenſui eam ſubiiceremus. Ceterum eandem, quam in edendo Tatio ſecuti ſumus, nimirum, ut Codd. varietates, quae momentum aliquod criticum habere viderentur, diligenter enotaremus, ac VV. DD. emendationes noſtro qualicunque iudicio adiecto apponeremus, novamque ipſi ſubinde, ad veritatem indagandam, viam tentaremus; eandem, inquam, in hoc quoque ſcriptore nos tenuiſſe rationem, res ipſa VV. DD. fidem faciet. Superſunt tamen nonnulla, quae omnem ingenii eludant aciem, & ab aliis Codd. (nam qui adhuc inſpecti ſunt, unius fere originis videntur, quod vel lacuna L. I, c. VI, in qua omnes conſpirant, ſatis docet) me-

dicinam exſpectent. Quo tamen loco non poſſum, quin, quas doctiſſimus *Iacobs* mecum communicavit, coniecturas eruditis hominibus examinandas proponam. „Lib. III, cap. IV, p. 94 noſtrae ed. Παίδων δὲ παντα χοῦ — legendum puto: ἀείδειν δεῖ (ſive χρή)· παντα χοῦ σιωπή· ἀλλὰ — Daphnis, multis fruſtra tentatis, tandem canere apud animum ſuum conſtituit. *Canendum eſt, ut me audiant: & certe audient: altum enim ubique ſilentium.* Mox & hoc abiicit, ne id quidem ſuſpicione carere intelligens. Veritas coniecturae apparere videtur ex ſeqq. ἄμεινον ἄρα σιγᾶν. — Lib. III, cap. XI, pag. 108, contextus flagitare videtur, ut legatur: ἀλλὰ τερπνότερα πυδήματα καὶ τῶν ἐκείνων γλυκύτερα. Sic etiam Amyot in ſuo Cod. habuiſſe videtur. -- Lib. IV, cap. II, pag. 136, forte haec verba ſic legenda & diſtinguenda ſunt: ὕδωρ ἐπωχέτευσε· πηγή τις ἦν, ἣν εὗρεν —— ſive, ſi audacioribus eſſe licet: ὕδωρ ἐπωχέτευσεν εἰς τὰ ἄνθη· πηγή τις ἦν, ἣν εὗρε Δάφνις. ἐσχόλαζε — Denique Lib. IV, cap. VI, pag. 141, forte: καὶ ἦν μὲν δίκαιον πένθος ἀνδῶν. Ex δίκαιον priori ſyllaba forte omiſſa facile & κενὸν & καινὸν oriri potuit. „ Haec ille, ſatis ingenioſe.

Reſtat, ut de verſionibus Longi paucis agamus. Ac Latinas quidem Longus duas omnino nactus eſt, Iungermannianam alteram, alteram Mollianam; quarum ſupra iam mentionem fecimus. Neque enim recte huc vocare licet liberrimam illam Gambarae Metaphraſin, quae primum vulgata eſt cum reliquis eiuſdem carminibus Antwerp. 1569, 8; mox inſerta editioni Commel. & inde in Bodeni ed. translata. Quae ipſa Metaphraſis varios VV. DD. errores pepeſit. Bailius enim v. *Longus*, & Lancelotus praef.

verſionis ſuae, contendunt, exſtare verſionem Latinam Iungermanniana antiquiorem; eamque, hoc quidem auctore, an. 1606, illo vero, an. 1601 vulgatam. Quam ipſam Gambarae eſſe Metaphraſin, facillima ex ipſo anni diſſidio coniectura licet aſſequi. Nam Commelini editio, cui Gambara adiectus eſt, utrumque hunc annum exhibet, alterum quidem 1606 in ipſa libri fronte, alter vero, 1601, praefationi ſubſcriptus eſt. Quod ipſum fraudem quoque fecit Paciaudio proloqu. ad Long. pag. LI, diverſas inde edd. Commel. ſtatuenti, & primam quidem an. 1601, ſecundam an. 1606 excuſam. Huetius quoque, quod ipſe in libro de fabb. Roman. pag. 67 fatetur, Longum ſibi Latine interpretandum ſumſerat; ſed veritus, ne iuvenilis aetas labem inde traheret, telam detexi iam coeptam e manibus excuſſit.

Primus vero omnium patrio eum cultu prodire iuſſit Iac. *Amyotus*, viginti annos ante, quam ſuo ipſius habitu ornatum Florentiae produceret Columbanius. Primum enim Amyoti verſio prodiit Pariſiis a. 1559 apud Vincent. Sertenar. 8; repetita poſtea aliquoties, & quidem ab heredibus Cramoſii (Cotelerio puta) annis 1716 & 1717, cum indice: *Les Amours paſtorales de Daphnis & Chloé ecrites en Grec par Longus, & traduites en François par Amiot. Avec figures. Nouvelle edition, à Paris chez les heritiers de Cramoiſy*, 1717, 8. Tum Cotelerii (*Couſtelier*) adiecto nomine, an. 1718, 8, & 1722 in forma 12. Eandem typis repetendam curavit Iac. Guerinius a. 1715, 8, & 1731, 12, Anonymi cuiuſdam (Lancelloti) curis repurgatam, atque ad cultiorem linguae genium reſictam. Quae utraque & Amyoti ſin-

cera atque integra, eademque ab Anonymo reficta iunctim repetita est Parisiis cum titulo: *Les Amours pastorales de Daphnis & de Chloé, par Longus. Double traduction du Grec en François de Mr. Amiot & d'un Anonime, mises en paralelle* (sic) *& ornées des Estampes originales du fameux B. Audran, gravées aux depens du feu Duc d'Orleans, Regent de France sur les tableaux inventés & peints de la main de ce grand Prince, avec un frontispice de Coypel, & autres Vignettes & Culs de Lampe, gravées par D. Focke sur les dessens de Cochin & de Eysen, à Paris, imprimées pour les Curieux. MDCCLVII.* Hanc enim eiusdem Anonymi versionem putamus a. 1731 iam evulgatam, sola quidem coniectura ducti: nam alteram illam inspicere non licuit. Alias, cum iisdem ornamentis condecoratas, & quidem a. 1718 & 1745, memorat Paciaud. Proloqu. ad Long. p. LII. De prima quidem, quae Amyoti interpretationem exhibet, satis constat; v. supra. In altera typothetae vitium latere, eamque ed. ad an. 1754, quo prior illa Parisiensis seu potius Batava excusa est, referendam esse suspicor. Post Amyotum eandem telam detexuit Petrus *Marcassus*, qui tamen, Gambarae forte illectus exemplo, tanta in Longianis resecandis, novandis atque plane immutandis libertate usus est, ut pro veteri ac genuina Longi fabula novam prorsus in scenam produxerit. Prodiit ista versio, certe si titulum spectes, Parisiis a. 1626, apud Toussantium Brayum (Toussaint du Bray) forma octava.

In Italicam linguam transtulerat Longum Hannibal *Carus* (*Annibal Caro*) teste Gaddio de Script. non Eccles. Tom. I, pag. 122, quod & ipse in

Epp. ſuis obſcure innuit: diuque in bibliothecarum clauſtris verſio iſta delituerat, donec tandem Marchio quidam de Breme, Regis Sardiniae ad aulam Neapolitanam Legatus, apographum eius nactus, Criſopoli (Parmae) eam imprimi, atque aere Bodoniano exſplendeſcere curavit. Cuius cum LVI tantum exempla impreſſa eſſent, exſtitit doctus quidam Italus, qui, quo plurium deſideriis, exemplis huius verſionis copioſius divulgandis, ſatisfieret, iterum eam recudendam curaret, cum titulo: *Gli Amori paſtorali di Dafni e di Cloë. di Longo Sofiſta. tradotti della Lingua Greca nella noſtra Toſcana dal Commendatore Annibal Caro. Londra. 1786.* 8. Typos eos non Londinenſes ſed Italicos eſſe, vix eſt ut moneam. Idem vero vir doctus in Praefatione memorat, Hannibalem Carum hanc verſionem triginta annorum natum (erit adeo ſeculi XV annus XXXVII) confeciſſe. Suppletam in ea, atque in fine adiectam videre licet lacunam, quae ab omnibus fere Interpp. ad I, cap. VI, notata eſt, a pag. 191--199.

Aliam verſionem Italicam, quae tamen a Longi veſtigiis adeo recedit, ut Paciaud. Proloqu. pag. LI eam mutilam, inconcinnam & perturbatam metaphraſin vocare non dubitet, curavit Io. Baptiſta *Mancinus* hoc tit. *Gli Amori innocenti di Dafni e della Cloë. favola Greca. tradotta da Giov. Battiſta Manzini. ſtampata in Bologna nel* 1643 & 1647, 4. Neutram vidimus; prioris enim editionis notitiam debemus viro docto, qui Hannib. Cari verſioni a. 1786 repetitae praefatus eſt: alterius meminit perſonatus ille Anonymus in praef. verſionis ſuae, quae iunctim cum Amyoti interpretatione an. 1757 prodiit,

pag. VI. Facile tamen fieri potuit, ut vel ipſi hi viri, vel typothetae in anni nota erraverint, utque ſemel tantum iſta verſio prodierit. Quod quidem inde vero mihi videtur propius, quod uterque diverſam, neuter vero utramque memoret, etſi Anonymus ille in recenſendis Longi verſionibus iiſque iteratis curioſam adhibuerit diligentiam.

Noviſſimam ſermone Italico verſionem adornavit Caſp. *Gozius* (*Gaſp. Gozzi*), quae Venetiis ſatis eleganter impreſſa eſt an. 1766, 4.

Anglice vertit Georg. *Thornley*. Lond. 1657, 8; & noſtris temporibus Iac. *Craggs*, a. 1764.

Noſtra denique lingua prodiit Berolini apud Voſſium hocce leminate: *Daphis und Chloë, aus den Griechiſchen des Longus überſetzt. Berlin* 1765, 12; quae verſio veneribus ſuis haud deſtituta eſt.

ERECTIORIS INDOLIS IUVENIBUS

GENERIS SPLENDORE PROPRIAQUE ANIMI

VIRTUTE PRAECELLENTIBUS

CAROLO GEORGIO

NEC NON

CHRISTOPHORO ADAMO

LL. BB. DE STACKELBERG

FRATRIBUS

AD SUMMA OMNIA NATIS

HOS LONGI ET XENOPHONTIS LIBELLOS

CONSECRAT EDITOR

CHR. GUIL. MITSCHERLICH

ΛΟΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ
ΒΙΒΛΙΑ Δ

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EM. III

ΛΟΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ
ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐν Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον καλλιστον, ὧν εἶδον· εἰκόνος γραφὴν, [1] ἱστορίαν ἔρωτος.

LONGI
PASTORALIUM
DE
DAPHNIDE ET CHLOE
LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

Cum in Lesbo feras indagarem, Nympharum in luco, ſpectaculum vidi, omnium, quotquot quidem oculis uſurpavi, pulcherrimum: videlicet tabulam pictam, imaginem quae amatoriam hiſtoriam repraeſentaret. Amoe-

1 Codd. Romanus & Florentinus εἰκόνα, γραφήν· quod recepit Villoiſonus. Sed & alterum recte habet. *Longus.*

Καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρὸν, κατάρρυτον· μία πηγὴ πάντα ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα· ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνοτέρα, καὶ τέχνην ἔχουσα περιττὴν, καὶ τύχην ἐρωτικήν· [1] ὥστε πολλοὶ τῶν ξένων κατὰ φήμην ἦεσαν, τῶν μὲν Νυμφῶν ἱκέται, τῆς δὲ εἰκόνος θεαταί. Γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι, καὶ ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι παιδία ἐκκείμενα· ποίμνια τρέφοντα· [2] ποιμένες ἀναιρούμενοι· νέοι συντιθέμενοι· λῃστῶν καταδρομὴ· πολεμίων ἐμβολή· πολλὰ ἄλλα καὶ πάντα ἐρωτικὰ ἰδόντα με καὶ θαυμάσαντα πόθος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. καὶ ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος, τέτταρας βίβλους ἐξεπονησαμην,

mus quidem erat ille lucus, denſus arboribus, floribus ridens, aquis irriguus; unus fons omnia alebat, cum flores, tum arbores: at tamen longe iucundior erat illa pictura, in qua & ſingulare artificium, & amatorii caſus deſcriptio conſpiciebantur; adeo ut multi peregrini, fama exciti, huc venitarent, Nympharum quidem ſupplices, ſed & imaginis ſpectatores futuri. In hac tabula videre erat mulieres parturientes, & alias quae expoſitos infantes faſciis adornarent, pecudes quae eoſdem infantes alerent, paſtores qui eos tollerent, iuvenes mutuam ſibi fidem obſtringentes, latronum incurſionem, hoſtium impreſſionem. Multa alia praeterea, eaque omnia amatoria, videnti mihi & admiranti cupido inceſſit ſcripto quaſi reſpondere picturae iſti, eamque veluti repraeſentare. Poſtquam igitur huiuſce imaginis interpretem ſtudioſe conquiſiviſſem, quatuor confeci li-

1 Ita repoſuimus, edit. Pariſ. ſecuti. Vulgaris verborum ordo eſt: τύχην ἔχ. περ. καὶ τέχνην ἐρωτ. abſque ullo idoneo ſenſu. Atque ſic legendum propoſuerat Heuſing. Spec. Obſſ. crit. p. 10. Recepit quoque Villoiſ. qui recte animadvertit, τύχην ἐρωτικὴν eodem ſenſu Longo dici, quo πάθος ἐρωτικὸν Charit. p. 1.

2 Mollus coni. ποίμνια τριφόμενα· ſed ποίμνια τρέφοντα ſunt capra & ovis, Daphnim & Chloën expoſitos nutrientes.

ἀνάθημα μὲν Ἔρωτι, καὶ Νύμφαις, καὶ Πανὶ κτῆμα δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται· καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται· τὸν ἐρασθέντα ἀναμνήσει· τὸν οὐκ ἐρασθέντα παιδεύσει. πάντως γὰρ οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν, ἢ φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ, καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν. Ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς παράσχοι σωφρονοῦσι τὰ τῶν ἄλλων [1] γράφειν.

ΚΕΦ. α'.

Πολις ἐστὶ Λέσβου, Μιτυλήνη, μεγάλη καὶ καλή· διείληπται γὰρ εὐρίποις ὑπεισρεούσης τῆς θαλάττης, [2] καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ

bros, donum Cupidini, Nymphis & Pani ſacrum, opuſque cunctis iucundum hominibus, quod aegro medelam, moerenti ſolatium afferat, eius, qui amavit, memoriam refricet, & amoris rudem praedoceat. Omnino namque nullus unquam amorem effugit, aut effugiet, quamdiu ſuus formae decor, ſuaque oculis acies conſtabit. Nobis autem Numen concedat, ut ſani integrique aliorum caſus deſcribere queamus.

CAP. I.

Est in Lesbo civitas, nomine Mitylene, magna, nec non & pulchra. Influens mare multis eam euripis diſtinguit ac diſſecat: & pontes tota urbe plurimi ſunt ex

1 Locum hunc plerique Intpp. male ceperunt. Senſus eſt: Det nobis Numen, ut σωφρονοῦντες, h. e. immunes ab amore, aliorum potius caſus ſ. res ammatorias deſcribamus, quam noſtras. Mirum, ni hoc caſtitatis votum a monacho quodam adſutum ſit. Quo & ducit librorum quorundam lectio, ἡμῖν καὶ ὁ θ, quod ferri nequit. Reduximus igitur Codd. lectionem ἡμῖν δὲ &c.

2 Reduxi hanc omnium fere Codd. ac librorum vett. lectionem pro inficeta Cod. Florent. ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ, quae Mollo ac Bodeno arridere potuit. Nam mare quidem εὐρίποις ὑπεισρέειν, ductis per urbem foſſis, dici poteſt, at non vice verſa.

λίβου. νομίσαις [1] οὐ πόλιν ἰδεῖν, ἀλλὰ νῆσον. Ἀλλὰ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως [τῆς Μιτυλήνης], ὅσον ἀπὸ σταδίων διακοσίων, ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον· ὄρη θηροτρόφα· πεδία πυροφόρα· γήλοφοι κλημάτων· [2] νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἠϊόνι, ἐκτεταμένῃ ψάμμῳ μαλθακῇ. [3] Ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ νέμων αἰπόλος, Λάμων τοὔνομα, παιδίον εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον. δρυμὸς ἦν καὶ λόχμη κάτω [4] βάτων· καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος, καὶ πόα μαλθακὴ, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. Ἐνταῦθα ἡ αἶξ

candido ac polito lapide facti; ut non urbs, ſed inſula amoeniſſima eſſe videatur. Ab hac quidem urbe Mitylene, ſtadia circiter ducenta, viri cuiuſdam opulenti ager ſitus erat, poſſeſſio pulcherrima: montes ferarum, prata tritici feracia; palmitibus colliculi, paſcua gregibus abundabant: mare autem litori alludebat, & mollem arenam lambens alluebat. Hoc in agro gregem paſcens caprarius, nomine Lamon, infantem a capra enutritum invenit. Saltus erat, nemuſque arbuſtis, virgultiſque & dumis denſum atque aſperum; hederaque errabunda, nec non & mollis herba luxuriabat, in qua iacebat infantulus. Huc capra frequenter commeans, fae-

1 Νομίσις, quod offerunt Codd. Pariſ. tanquam ἀττικώτερος praefert Villoiſ. quam tamen rationem in hoc ſcriptore nimis urgeri nolim.

2 Cod. Pariſ. γῆ τροφὴ χλημ. male. Intellige μίστοι, vel ſimile quid.

3 Codd. & edd. vett. exhibent vitioſe: προσέκλυζεν ἐν ἠϊόνι, ἐκτεταμένης ψ. μαλθακῆ. Et ex his quidam: ψυχαγώγιο, vel ψυχαγωγίας, μαλθακῆς. Mollus inde em. προσέκλυζεν, ἐπ' ἠϊόνι ἐκτε αμένη ψάμμῳ μαλθακῇ. Recte hoc; at alterum ἐν, ex ultima praeced. προσέκλυζεν ſyllaba enatum, ſublatum malim, quam in ἐπ' mutatum. Reſtius quoque leges ἐκτεταμένῃ ſc. ἠϊόνι· litus enim mari protenditur, non mare litori.

4 Voc. κάτω, quod & Cod. Flor. omittit, aut omnino cum Villoiſ. tollendum, aut cum Toupio Em. in Suid. P. III, p. 298, κάτω βάτων mutandum in κατάκοπος, *locus dumis & ſpinis obſitus*, quod eiuſdem formae ſit ac κατάσχιος, κατάχιοσος, & κατάδενδρος.

θέουσα συνεχὲς, ἀφανὴς ἐγίνετο πολλάκις, καὶ τὸν ἔριφον ἀπολιποῦσα, τῷ βρέφει παρέμενε. Φυλάττει τὰς διαδρομὰς ὁ Λάμων, οἰκτείρας ἀμελούμενον τὸν ἔριφον, καὶ μεσημβρίας ἀκμαζούσης κατ' ἴχνος ἐλθὼν, ὁρᾷ τὴν μὲν αἶγα πεφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν, μὴ ταῖς χηλαῖς βλάπτοι πατοῦσα· τὸ δὲ, ὥσπερ ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιῤῥοὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος· καὶ θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς, καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄῤῥεν, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι. Χλαμύδιόν τε γὰρ ἦν ἀλουργὲς, καὶ πόρπη χρυσῆ, καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο μόνα τὰ γνωρίσματα βαστάσας, ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους· ἔπειτα αἰδεσθεὶς, εἰ μηδὲ αἶγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται, νύκτα φυλάξας, κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα Μυρτάλην, καὶ τὰ γνωρίσματα, καὶ τὸ παι-

pe oculis ſubducebatur, ſuoque foetu relicto, infanti aſſidebat. Has diſcurſationes obſervat Lamon, neglecti haeduli miſertus: & meridie ardente, caprae veſtigia ſecutus, eam quidem conſpicit caute & anxie circumeuntem, ne ſcilicet puerum ungulis laederet; infantem vero tanquam ex materna mamma lac adfluens ubertim trahentem. Ille autem ut par eſt miratus, propius accedit, & puerulum deprehendit maiuſculum atque venuſtum, & faſciolis longe elegantioribus quam pro expoſiti infantis fortuna involutum: enimvero illi aderat chlamydula purpurea, quam aurea nectebat fibula, & gladiolus, cuius eburneus reſplendebat capulus. Primo igitur conſtituerat ſola tollere monumenta, infantem vero derelictum negligere; at deinde cum illum puderet, ſi ne caprae quidem humanitatem imitaretur, nocte exſpectata, omnia ad uxorem Myrtalen defert, & mo-

δίον, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες, ὅδε πάντα αὐτῇ διηγεῖται, πῶς εὗρεν ἐκκείμενον· πῶς εἶδεν τρεφόμενον· πῶς ἠδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανούμενον. Δόξαν δὴ καὶκείνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι, τὸ δὲ παιδίον αὐτῶν ἐπονομάζουσι, τῇ δὲ αἰγὶ τὴν τροφὴν ἐπιτρέπουσιν. Ὡς δ' ἂν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου ποιμενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν.

β'. Ἤδη δὲ διετοῦς χρόνου διϊκνουμένου, ποιμὴν ἐξ ἀγρῶν ὁμόρων νέμων, Δρύας τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸς ὁμοίοις ἐπιτυγχάνει καὶ εὑρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμφῶν ἄντρον ἦν, πέτρα μεγάλη, τὰ ἔνδοθεν κοίλη, ἔξωθεν περιφερής· τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν λίθοις ἐπεποίητο, πόδες ἀνυπόδητοι, χεῖρες εἰς ὤμους γυμναὶ, κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη· ζῶμα περὶ τὴν ἰξύν·

numenta, & puerulum, & ipſam capram. Cui quidem attonitae quod puerulos etiam caprae parerent, rem totam enarrat: quomodo expoſitum offenderit, quomodo enutritum viderit, quo pacto ipſum deſerere moriturum erubuerit. Cum & ſic quoque uxori videretur, quae una fuerant expoſita, occultant, infantem ſuum nuncupant, eumque caprae alendum committunt. Quo autem & nomen infantis paſtorale videretur, Daphnim illum nominare ſtatuerunt.

II. Iamque biennio exacto, paſtor quidam ex agris vicinis, cui Dryas erat nomen, paſcens pecora, ſimile quid invenit & vidit. Nympharum ſtabat antrum, petra ingens, ab interiori quidem parte concava, at vero ab exteriori rotunda. Nympharum ipſarum ſimulacra lapidibus efficta erant, pedibus diſcalceatis, brachiis ad humeros uſque nudis, coma cervice tenus ſoluta, veſte circa lumbos ſuccincta, ſemihiulco circa ſu-

μειδίαμα περὶ τὴν ὀΦρύν· τὸ πᾶν σχῆμα, χορεία ἦν ὀρχουμένων. [1] Ἡ ὦα τοῦ ἄντρου, τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον· ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον, ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαΦυρὸς ἐκτέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου, πολλῆς καὶ μαλακῆς πόας ὑπὸ τῆς νοτίδος τρεΦομένης. Ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, καὶ αὐλοὶ πλάγιοι, [2] καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι, πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα. Εἰς τοῦτο τὸ νύμΦαιον ὄις ἀρτιτόκος συχνὰ Φοιτῶσα, δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε. Κολάσαι δὲ βουλόμενος αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν προτέραν εὐνομίαν καταστῆσαι, δεσμὸν ῥάβδου χλωρᾶς λυγίσας ὅμοιον βρόχῳ, τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν, ὡς ἐκεῖ συλληψόμενος [3] αὐτήν. ἐπιστὰς δὲ, οὐδὲν

percilia riſu. Tota haec figura tripudiantium choream repraeſentabat. In media huiuſce ſaxi ingentis parte faſtigium antri aſſurgebat. E fonte autem aqua ſcaturiens in largum effundebatur rivum; adeo ut amoeniſſimum extenderetur ante ſpeluncam pratum, cuius copioſum & molle gramen perenni ſalientis rivi humore alebatur. Et mulctrae, & tibiae obliquae, & fiſtulae, & calami, ſeniorum paſtorum donaria ſuſpenſa conſpiciebantur. Ad hoc Nympharum antrum crebro itans ovis nuper enixa, ſaepe ſui interitus ſuſpicionem iniecit. Dryas igitur eam coërcere, & ad priſtinum bene & tranquille paſcendi modum reducere cupiens, vinculum e vimine lento in laquei modum contorſit, & ad petram acceſſit, tanquam ovem comprehenſurus. Propior

1 Ὀρχουμένων gloſſema mihi redolere videtur; niſi totum locum cum Wyttenbachio apud Villoiſ. ita conſtituendum cenſeas: ὀρχουμένων ΚΑΤΑ τοῦ ἄντρου. Τῆς μὶν πέτρας πυγὴ ἦν τὸ μεσαίτατον. Equidem leniori medicina huic loco ſuccurri poſſe exiſtimo, verba ita tranſponendo: ἡ ὦα τῆς μεγάλης πέτρας τοῦ ἄντρου ἦν τὸ μεσαίτατον, faſtigium petrae in media antri parte ſitum erat.

2 De πλαγιαύλῳ v. Warton ad Theocr. XX, 29, p. 232.

3 Ita reſtituit e duobus Codd.

εἶδεν, ὧν ἤλπισεν· ἀλλὰ τὴν μὲν, διδοῦσαν πάνυ ἀνθρωπίνως τὴν θηλὴν εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος ὁλκήν· τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυστὶ [1] λάβρως εἰς ἀμφοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ στόμα, καθαρὸν καὶ φαιδρὸν, οἷα τῆς ὄϊος τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπολιχμωμένης μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. Θῆλυ ἦν τοῦτο τὸ παιδίον, καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα, γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα, καὶ περισκελίδες χρυσαῖ. Θεῖον δή τι νομίσας τὸ εὕρημα, καὶ διδασκόμενος παρὰ τῆς ὄϊος ἐλεεῖν τε τὸ παιδίον καὶ φιλεῖν, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος ἐπ' ἀγκώνος, ἀποτίθεται δὲ τὰ γνωρίσματα κατὰ τῆς πήρας, εὔχεται δὲ ταῖς Νύμφαις ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ θρέψαι τὴν ἱκέτιν αὐτῶν. Καὶ

vero factus, nihil omnino eorum vidit quae ſperaverat: verum ovem perquam humane ad largum uſque lactis ſuctum ſuae mammae copiam facientem; infantulum autem, abſque ullo vagitu avide modo ad hanc, modo ad illam lactentem mammam os transferentem purum, mundum atque nitidum, utpote cuius tenellam faciem amica allambens lingua detergeret ovis, ubi alumnum lactis cepiſſet ſatietas. Infans haec femella erat, & huic quoque appoſitae erant faſciolae, expoſitae monumenta, mitra nempe auro diſtincta, calceoli inaurati, & periſcelides aureae. Hoc igitur inventum divininitus ſibi obtigiſſe ratus, & ab ove edoctus huiuſce infantis miſereri, eamque amore proſequi, terra ſublatam ulnis excipit, monumenta vero in peram recondit, precatus Nymphas, ut, quod felix fauſtumque ſit, earum ſupplicem educare liceat. Et quoniam iam tempus

Vill. quod verbum compoſitum Longo hac de re magis frequentetur. Reliqui tenent λαβρως.

1. Nonnulli Codd. cum ed. Commel. & Iungerm. pro ἀκλαυστὶ habent ἀκλαγγὶ, quod recepit Villoiſ. alterum pro gloſſa habens.

ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀπελαύνειν τὴν ποίμνην, ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα· παρακελεύεται θυγάτριον νομίζειν, λανθάνουσαν ὡς ἴδιον τρέφειν. Ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο) μήτηρ εὐθὺς ἦν, καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον, ὥστε ὑπὸ τῆς οἴος [1] παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα, καὶ τίθεται καὶ αὐτὴ ποιμενικὸν ὄνομα πρὸς πίστιν αὐτῷ, [2] Χλόην.

γ'. Ταῦτα τὰ παιδία ταχὺ μάλα ἠύξησε, καὶ κάλλος αὐτοῖς ἐφαίνετο κρεῖττον ἀγροικίας. ἤδη οὖν ὁ μὲν, πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς· ἡ δὲ τοσούτων, δυοῖν ἀποδεόντοιν. καὶ ὁ Δρύας καὶ ὁ Λάμων ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὁρῶσιν ὄναρ τοιόνδέ τι. Εἰδέναι [3] τὰς Νύμφας

erat gregem a paſcuis reducere, caſam repetit, uxori quae vidit exponit, quae invenit, commonſtrat, hortatur, ut filiolam pro ſua agnoſcat atque educet, ac rem, quomodo ſe habet, nulli patefaciat. At Nape, hoc enim illi nomen, mater ſtatim erat, infantem amabat, quaſi metueret, ne ab ove ſuperaretur, eique in humanitate cederet; quin & ipſa nomen illi paſtorale indidit, vocando Chloën, ut ſibi hanc filiam eſſe ſuam dicenti fidem adſtrueret.

III. Et quidem hi infantes brevi temporis ſpatio ingens ceperunt incrementum, & in iis forma elucebat longe quam pro ruſtica ſorte praeſtantior. Iam autem Daphnis annos quindecim erat natus, Chloë vero totidem, ſi duos demſeris, cum Dryanti & Lamoni eadem nocte haec obiecta eſt in ſomniis ſpecies: ſibi videre vi-

1 Villoiſ. coni. ὥσπερ ὑπὸ τῆς οἴος cet. Forte ſimplicius: ὡς ὑπὸ τῆς οἴας.

2 Mollus ſupplendum, legendumque cenſet: πρὸς τὸ εἶναι πίστιν αὐτῷ. Boden vero: πρὸς τὸ ποιῆσαι πίστιν αὐτῷ. Utrumque temere.

3 In Codd. & libris omnibus legitur: εἶναι τὰς N. quod eſſet: *Putabant illas Nymphas eſſe* &c. tum vero ante Δόφνιν inſeri deberet καί. Sed vel ſic contorta manet oratio, narrationiſque ordo. Praeſtat igitur cum ed. Pariſ. reponere εἶναι, quod proxime

ἐδόκουν ἐκείνας τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, ἐν ᾧ τὸ παιδίον εὗρεν ὁ Δρύας, Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην [1] παραδιδόναι παιδίῳ μάλα σοβαρῷ καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων Φέροντι, [2] βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ Φέροντι. τὸ δὲ ἑφαψάμενον ἀμφοτέρων ἑνὶ βέλει, κελεῦσαι λοιπὸν ποιμαίνειν, τὸν μὲν τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ τὸ ποίμνιον. Τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδόντες, ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες, εἰ ἔσοιντο καὶ ἴσως οὗτοι [3] αἰπόλοι, [4] τύχην ἐκ σπαργάνων ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα, δι' ἣν αὐτοὺς καὶ τροφαῖς ἀβροτέραις ἔτρεφον, καὶ γράμματα ἐπαίδευον

debantur Nymphas illas, quae ſervabant antrum, in quo fons ſcaturiebat & infantem Dryas invenerat, Daphnim & Chloën tradentes puero admodum protervo, admodum venuſto, cui alae ex humeris penderent, qui parva ſpicula parvo cum arcu geſtaret; & hunc quidem puerum ambos uno eodemque attingentem telo, iuſſiſſe, ut deinceps ille caprarum, haec ovium gregem paſceret. Et hoc quidem ſomnio viſo doluere paſtores, ſi forte Daphnis ac Chloë caprarum & ovium paſtores & ipſi quoque futuri eſſent, qui tamen meliorem fortunam ex ſuis faſciis de ſe iuberent ſperare; ob quam ſpem etiam illos delicatioribus enutriebant cibis, literaſque, &

ad vulgatam ſcripturam accedit, omnemque difficultatem tollit. Wyttenb. reſcribebat: ἰδεῖν.

1 Ed. Pariſ. καὶ Δάφνιν, καὶ τ. Χλ. At Ingerm. coni. Δάφνιν τι καὶ τ. Χλ. concinnius vero Villoiſ. τόν τε Δάφνιν καὶ τ. Χλ.

2 Cum ſtatim φέροντι recurrat, Dutens e tribus Codd. priore loco repoſuit ἔχοντι. Sed hoc forte Longi negligentiae tribuendum.

3 Collocatio verborum paulo inconcinnior, ob male inculcatum ἴσως, quod & abeſſe poteſt, & abeſt etiam a plurimis Codd. Melius certe ponetur ante ἔσοιντο.

4 Cum puer ille ſupra inſſerit, ποιμαίνειν, τὸν μὲν (*Daphnim*) τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ (*Chloën*) τὸ ποίμνιον· utroſque αἰπόλους dici non poſſe iure contendit Villoiſ. Accedit, quod ſuperius οἱ ποιμένες plane otioſum fit, & parum accurate poſitum. Nam Dryas erat ποιμὴν, at Lamon αἰπόλος. Hinc Villoiſonus illud ποιμένες, quod hic deſideretur, e ſuperiore loco, quo tranſpoſitum fuerat, repetendum, totumque locum ſic legendum eſſe acute ſuſpicatur: ἤχθοντο μὲν, εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι ποιμένες καὶ αἰπόλοι.

καὶ πάντα ὅσα καλὰ ἦν ἐπ' ἀγροικίᾳ. Ἐδόκει δὲ πείθεσθαι θεοῖς περὶ τῶν σωθέντων προνοίᾳ θεῶν. Καὶ κοινώσαντες ἀλλήλοις τὸ ὄναρ, καὶ θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι παιδίῳ παρὰ ταῖς Νύμφαις (τὸ γὰρ ὄνομα λέγειν οὐκ εἶχον) ὡς ποιμένας ἐκπέμπουσιν αὐτοὺς ἅμα ταῖς ἀγέλαις, ἐκδιδάξαντες ἕκαστα· πῶς δεῖ νέμειν πρὸ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάσαντος τοῦ καύματος· πότε ἄγειν ἐπὶ ποτόν· πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον· ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ. Οἱ δὲ, μάλα χαίροντες, ὡς ἀρχὴν μεγάλην παρελάμβανον, καὶ ἐφίλουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα μᾶλλον ἢ ποιμέσιν ἔθος· ἡ μὲν ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ, μεμνημένος ὡς ἐκκείμενον αὐτὸν αἶξ ἀνέθρεψεν.

δ'. Ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν

quaecunque ruri praeclara habebantur, edocebant. Placuit tamen in iis, quae ad infantes Deorum providentia ſervatos pertinerent, morem gerere Diis. Et narrato ſuo ſibi invicem ſomnio, ſacriſque factis aligero illi apud Nymphas puero, huius enim nomen dicere non poterant, mox ut paſtores foras ipſos cum gregibus emittunt, ſingula edoctos: quo pacto ante meridiem paſcere oporteat, quo pacto, poſtquam remiſiſſet aeſtus, quando agere potum, quando ad caulam abigere, in quos utendum pedo, in quos ſola dumtaxat voce. Illi vero oppido exſultantes, quaſi magnum adepti imperium, capras atque oves impenſe diligebant, & quidem multo magis quam paſtorum vulgus ſolet: nam Chloë ad oves ſuae cauſam ſalutis referebat; Daphnis itidem haud immemor erat, quod ſeſe expoſitum capra enutriviſſet.

IV. Initium veris erat, omniumque florum genus per

δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια· βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν· ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν· σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν· ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται· τὰς λόχμας κατῆδον ὄρνιθες. Τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐωρίας, [1] οἱ ἀπαλοὶ καὶ νέοι, μιμηταὶ τῶν ἀκουομένων ἐγίνοντο καὶ βλεπομένων. ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων ᾄδοντων, ᾖδον· βλέποντες δὲ σκιρτῶντας τοὺς ἄρνας, ἤλλοντο κοῦφα, καὶ τὰς μέλιττας δὲ μιμούμενοι, τὰ ἄνθη συνέλεγον. καὶ τὰ μὲν εἰς τοὺς κόλπους ἔβαλλον· τὰ δὲ, στεφανίσκους πλέκοντες, ταῖς Νύμφαις ἔφερον. Ἔπραττον δὲ κοινῇ πάντα, πλησίον ἀλλήλων νέμοντες. Καὶ πολλάκις μὲν ὁ Δάφνις τῶν προβάτων τὰ ἀποπλανώμενα συνέστελλε· πολλάκις δὲ ἡ Χλόη τὰς θρασυτέρας τῶν

silvas, per prata, per montes vigebat. Iam apum bombus, iam canorarum avium vox aures permulcebat; pecora novella saltu lasciviebant; agni in montibus saliebant, apes in pratis bombilabant, aves nemora cantu personabant. Dum ita placide, sepositis curis, omnia voluptati indulgebant, Daphnis & Chloë, utpote teneri ac iuvenes, visa auditaque imitabantur. Audito avium cantu, canebant; conspecto lascivientium agnorum saltu, & ipsi leviter saltabant; quin & apes aemulabantur, colligentes flosculos, quorum alios gremio inferebant, alios coronis intextos Nymphis afferebant. Prope inter se pascentes, omnia communiter agebant. Et saepe Daphnis oves aberrantes cogebat; saepe Chloë

1 Praeclaram hanc lectionem Villoiſ. e duobus Codd. Pariſ. eruit, & in contextum recepit. Ita quoque offerunt Codd. Flor. & Urſ. Male antea vulgabatur: εὐκοσίας. Aeque vitioſe mox edebatur οἱ παλαιοὶ καὶ νέοι, cum tamen ad Daphnim & Chloën ſpectet oratio. De his enim ſolis intelligenda, quae mox ſequuntur: ἔπραττον δὲ κοινῇ πάντα πλησίον ἀλλήλων νέμοντες.

αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν. ἤδη δέ τις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφρούρησε, θατέρου προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι. Ἀθύρματα δὲ ἦν αὐτοῖς ποιμενικὰ καὶ παιδικά. Ἡ μὲν ἀνθερίσκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν[1] ἀνέπλεκε· καὶ περὶ τοῦτο πονουμένη, τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν. Ὁ δὲ, καλάμους ἐκτεμὼν λεπτοὺς, καὶ τρήσας τὰς τῶν γονάτων διαφυὰς, ἀλλήλους τε κηρῷ μαλθακῷ συναρτήσας, μέχρι νυκτὸς συρίζειν ἐμελέτα· καί ποτε δὲ ἐκοινώνουν γάλακτος καὶ οἴνου· καὶ τροφὰς, ἃς οἴκοθεν ἔφερον, εἰς κοινὸν ἔφερον· θᾶττον ἄν τις εἶδε τὰ ποίμνια καὶ τὰς ἀγέλας ἀπ' ἀλλήλων μεμερισμένας, ἢ Χλόην καὶ Δάφνιν.

ε'. Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων, τοιάνδε σπουδὴν ἔρως ἀνέπλασε. Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους νέους, ἐκ

audaciores capras a praeruptis abigebat locis. Nunc alter, altero ludicris intento, utriusque gregis custodiam agebat. Ludicra autem ipsis pastoralia & puerilia: haec quidem digressa, sublatis alicunde flosculis, capsulam locustis captandis nectebat, & tota in hac re, ovium curam interim omittebat; ille vero, excisis tenuibus calamis, & perforatis internodiorum intervallis, iunctimque inter se molli cera aptatis & conglutinatis, in seram noctem fistula carmen meditabatur. Nonnunquam lac & vinum inter se communicabant, victumque, quem domo attulerant, in commune conferebant: citius quis ovium ac caprarum greges a se invicem disiunctos, quam Chloën atque Daphnim, vidisset.

V. Ipsis autem sic ludentibus talem Amor iniecit curam. Lupa quaedam, recentes alens catulos, proximis ex

1 Codd. quidam: ἀκριδοθήκην. Sed praestat alterum propter Theocriti locum I, 53: αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκρίδοθήραν.

τῶν πλησίον ἀγρῶν ἐξ ἄλλων ποιμνίων πολλάκις ἥρπαζε, πολλῆς τροφῆς ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη. Συνελθόντες οὖν οἱ κωμῆται νύκτωρ, σιῤῥοὺς ὀρύττουσι τὸ εὖρος ὀργυιᾶς, [1] τὸ βάθος τεσσάρων. Τὸ μὲν δὴ χῶμα τὸ πολὺ σπείρουσι, κομίσαντες μακράν. ξύλα δὲ ξηρὰ τείναντες ὑπὲρ τοῦ χάσματος, τὸ περιττὸν τοῦ χώματος κατέπασαν, τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα. ὥστε κἂν λαγὼς ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθενέστερα ὄντα, καὶ τότε παρέχει μαθεῖν, ὅτι γῆ οὐκ ἦν, ἀλλὰ μεμίμητο γῆν. Τοιαῦτα πολλὰ ὀρύγματα, κἂν τοῖς ὄρεσι, κἂν τοῖς πεδίοις, ὀρύξαντες, τὴν μὲν λύκαιναν οὐκ εὐτύχησαν λαβεῖν· αἰσθάνεται γὰρ

agris multa ſaepe rapiebat de aliis gregibus, quod alimento copioſo ad ſuos catulos enutriendos opus haberet. Congregati igitur pagani noctu, ſcrobem effodiunt, latitudine unius ulnae, altitudine quatuor. Et quidem humum effoſſam atque egeſtam maiori ex parte diſpergunt, eam procul a foſſa removentes; ſicca autem ligna longa ſuper foſſam intendentes, ea adſperſerunt illa terra, quae ex hac egeſta effoſſaque remanebat, ut ſimilis eſſet foſſa priſtino ſolo, utque vel lepus, ſi percurreret, iſta ligna ſtipulis ipſis fragiliora confringeret, atque tum faceret indicium, quod terra non eſſet, ſed tantummodo terram imitaretur. Multis id genus foſſis per montes, per campos ductis, lupam tamen haudquaquam capere potuerunt; ſentit enim ipſa quoque in hac terra ſubdola & captioſa fraudem ſubeſſe; multas ve-

[1] *Unius* ulnae latitudine, at quatuor ulnarum altitudine ſcrobem effodiunt. Hic eſt ſenſus huius loci, adoptata e Codd. Flor. & Urſ. lectione ὀργυιᾶς, pro qua olim legebatur ὀργυιῶν· unde, cum Longus non dixerit, quot patuerit ulnas, aliquid deſiderari Mollus ſuſpicabatur. Quo tamen, recepto ὀργυιᾶς, opus non eſt.

καὶ γῆς σεσοφισμένης. πολλὰς δὲ αἶγας καὶ ποίμνια διέφθειραν, καὶ Δάφνιν παρ' ὀλίγον, ὥδε.

στ'. Τράγοι παροξυνθέντες εἰς μάχην συνέπεσον. τῷ οὖν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον κέρας, βιαιοτέρας γενομένης συμβολῆς, θραύεται· καὶ ἀλγήσας, φριμαξάμενος ἐς φυγὴν ἐτράπετο. Ὁ δὲ νικῶν κατ' ἴχνος ἑπόμενος, ἄπαυστον ἐποίει τὴν φυγήν. Ἀλγεῖ Δάφνις περὶ [1] τῷ κέρατι, καὶ τῇ θρασύτητι ἀχθεσθεὶς, ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα λαβὼν, ἐδίωκε τὸν διώκοντα. Οἷα δὲ [2] τοῦ μὲν ὑπεκφεύγοντος, τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος, οὐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν· ἀλλὰ κατὰ χάσματος ἄμφω πίπτουσιν· ὁ τράγος πρότερος, ὁ Δάφνις δεύτερος. Τοῦτο καὶ ἔσωσε Δάφνιν χρήσασθαι καταφορᾶς [3]

ro capras atque oves iuxta perdiderunt, quin & fere Daphnim, caſu huiuſmodi.

VI. Hirci irritati, ad pugnam concurrerunt. Uni igitur cornu alterum ex violentiori conflictu frangitur; qui dolens inde, fremebundus ſe in fugam dedit. Victor autem per veſtigia inſectans fugientem, perſequendo non deſtitit. Daphnis confracto dolens cornu, offenſuſque illa contumacia, fuſte pedoque arreptis, perſequentem perſequebatur. Uti autem fere fit, altero quidem ſubterfugiente, altero autem ira abrepto & perſequente, non certus ſatis eorum, quae ad pedes occurrebant, proſpectus erat; ſed in foveam ambo incidunt, hircus prior, poſterior Daphnis. Et hoc ipſum Daphnim ſervavit, utpote hirco pro vehiculo, quo innixus detulit. Temere.

1 Villoiſ. malit: ἐπὶ τῷ κερ. quod ſane ſolemnius eſt.

2 Pro δὲ editor Pariſ. coni. δίει, ut opponeretur ſequenti τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος· quod amplexus eſt Boden, textuique in-

3 Valken. ap. Villoiſ. praeclare hunc locum ſic corrigendum ſtatuit: τὸ χρήσασθαι κατὰ τῆς φορᾶς ἰχνήματι τῷ τράγῳ.

ὀχήματι τῷ τράγῳ. Ὁ μὲν, τὸν ἀνιμησόμενον, εἴ τις ἄρα γένοιτο, δακρύων ἀνέμενεν. ἡ δὲ Χλόη θεασαμένη τὸ συμβὰν, δρόμῳ παραγίνεται εἰς τὸν σιῤῥόν. καὶ μαθοῦσα, ὅτι ζῇ, καλεῖ βουκόλον ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίον [1] πρὸς ἐπικουρίαν. Ὁ δὲ ἐλθὼν, σχοῖνον ἐζήτει μακρὰν, ἧς ἐχόμενος, ἀνιμώμενος ἐκβήσεται. καὶ σχοῖνος μὲν οὐκ ἦν. ἡ δὲ Χλόη λυσαμένη ταινίαν, δίδωσι καθεῖναι τῷ βουκόλῳ· καὶ οὕτως οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες εἵλκον. Ὁ δὲ ἀνέβη ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς [2] ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν. Ἀνιμήσαντες δὲ καὶ τὸν ἀβλιον τράγον συντεθραυσμένον ἄμφω τὰ κέρατα, (τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε [3] τοῦ νικηθέντος τράγου) τοῦτον μὲν δὴ τυθυσόμενον [4] χαρίζονται σῶστρα τῷ βου-

laberetur, uſum. Atque ille quidem lacrimabundus, a quo extraheretur, ſi quis appareret, exſpectabat; Chloë vero, ut conſpexit, quod evenerat, protinus ad foſſam advolat, atque illum vivere cognoſcens, ex agris vicinis paſtorem auxilio adfuturum vocat. Ille cum adveniſſet, longum quaerebat funem, cui adhaerens Daphnis, extrahi & ſic evadere poſſet. Verum funis ad manum non erat; Chloë igitur ſtatim ſuam ſolvit taeniam, & hanc demittendam bubulco illi porrigit. Atque hi quidem hunc in modum ad labra foſſae ſtantes trahere coeperunt; Daphnis vero taeniam, qua trahebatur, manibus ſubſequendo, aſcendit. Poſtquam autem miſerum illum hircum extraxerunt, cui utrumque cornu confractum fuit, uſque adeo devicti hirci poenas perſecutor dedit, hunc ipſum iamiam immolandum, praemium partae ſalutis, bubulco donarunt, apud ſuos lu-

1 Male Moll. & inde Boden: πλησιαν. Supra 1, 5, ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν.

2 Sic Cod. Urſ. & unus Reg. apud Villoiſ. Male vulgo edebatur: τοῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις.

3 Villoiſ. poſt h. v. inſeri iubet τὸν ἐχθρὸν, vel ſimile quid; citra neceſſitatem.

4 Recepi hanc lungerm. conie-

κόλω. καὶ ἔμελλον ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς οἴκοι λύκων ἐπιδρομὴν, εἴ τις αὐτὸν ἐπόθησεν. Αὐτοὶ δὲ ἐπανελθόντες, ἐπεσκοποῦντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον· καὶ ἐπεὶ κατέμαθον ἐν κόσμῳ νομῆς καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυὸς, ἐσκόπουν μή τι μέρος τοῦ σώματος ὁ Δάφνις ἥμαξε καταπεσών. Τέτρωτο μὲν οὖν οὐδέν, οὐδὲ ἥμακτο οὐδέν· χώματος δὲ καὶ πηλοῦ πέπαστο, καὶ τὰς κόμας, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. ἐδόκει δὲ λούσασθαι, πρὶν αἴσθησιν γενέσθαι τοῦ συμβάντος Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ. Καὶ ἐλθὼν ἅμα τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ ἄντρον τῶν Νυμφῶν, [1] τῇ μὲν ἔδωκε καὶ τὸν χιτῶνα, καὶ τὴν πήραν [2] .... ἐγένετο.

porum incurſionem ementituri, ſi quis illum deſideraret. Ipſimet reverſi ovium caprarumque inſpiciunt gregem. Cumque vidiſſent utrumque gregem decenti ordine paſcere, quercus trunco inſidentes, num quam corporis partem inter decidendum Daphnis cruentaſſet, curioſe diſpiciebant. Sed pars nulla laeſa aut cruentata erat; coma tantum corpuſque reliquum humo adgeſtitia coenoque adſperſum. Quare viſum fuit Daphnidi prius ſuum abluere corpus, quam caſus ille innoteſceret Lamoni atque Myrtalae: atque una cum Chloë ad antrum Nympharum, in quo fons erat, accedens, illi peram atque tunicam tradidit .... fuit.

ſturam cum Villoiſ. quam & Valkenaer. vulgatae lectioni praeferendam putavit. Edd. tenent τυθησόμενοι, unde Moll. coni. τεθυσόμενοι, quod liquido exſtat in Cod. Urſ. vel τεθυσόμενον, quod aſſumſit Dutens.

1 Cod. Urſini haec verba inſuper habet: ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, quae quin e gloſſa huc irrepſerint dubitari nequit. Occurrunt vero ſupra I, 3 init. Νύμφας ἐκείνας, τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγή.

2 Multa hic exciderunt, vel potius omiſſa ſunt ab inſulſis mortalibus, qui caſtitati timerent. In his memorari debuere amoris mutui initia, lavatio Daphnidis, narratio de oſculo forte paulo laſcivior, alia. Infra: τοῦτο μόνον ἤδεσαν, ὅτι τὸν μὲν φίλημα, τὸν δὲ λουτρὸν ἀπώλεσεν. Ultima Iungerm. non infeliciter ſic reſtituenda putabat: ἐπεὶ δὲ μόνος ἐγέ-

ζ'. Τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει· Τί ποτέ με Χλόης ἐργάσεται Φίλημα; χείλη μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα, καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον· τὸ δὲ Φίλημα, κέντρου μελίττης πικρότερον. Πολλάκις ἐφίλησα ἐρίφους· πολλάκις ἐφίλησα σκύλακας ἀρτιγεννήτους, καὶ τὸν μόσχον, ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο. ἀλλὰ τοῦτο Φίλημα καινόν· ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία, τήκεται ἡ ψυχὴ, καὶ ὅμως πάλιν Φιλῆσαι θέλω. ὢ νίκης κακῆς· ὢ νόσου καινῆς, ἧς οὐδὲ εἰπεῖν οἶδα τὸ ὄνομα. ἆρα Φαρμάκων [1] ἐγεύσατο Χλόη μέλλουσά με Φιλεῖν; πῶς οὖν οὐκ ἀπέθανεν; [2] οἷον ᾄδουσιν αἱ ἀηδόνες· ἡ δὲ ἐμὴ σύριγξ σιωπᾷ; οἷον σκιρτῶσιν οἱ ἔριφοι, κἀγὼ κάθημαι; οἷον ἀκμάζει τὰ ἄνθη, κἀγὼ στεφάνους οὐ

VII. Haec & id genus alia deinde apud ſe nugabatur: Quid tandem mihi faciet Chloës oſculum? Labella quidem ipſis roſis delicatiora, & os favis dulcius; at oſculum quovis apis aculeo acerbius. Saepius haedos ſum oſculatus; ſaepius catellos recens genitos baſiavi, ut & vitulum illum, quem dono mihi dedit Dorcon; at hoc oſculum res mihi plane nova. Exſilire mihi ſpiritus, exſultare cor, liqueſcere anima; & tamen rurſus oſculari ardeo. O improbam victoriam! o novum morbum, cuius ne nomen quidem dicere queam! Numquid Chloë, mihi datura oſculum, venenum guſtavit? Quomodo igitur non periit! Quam ſuave luſciniae canunt, & mea fiſtula ſilet! Quam laſcive haedi ſubſiliunt, & ego ſedeo! Quam pulchre vigent flores, & ego nul-

γετο, τοιαῦτα κ. τ. λ. Totam vero lacunam bonus Mollus cenſebat ita expleri poſſe, καὶ πολλὰ φιλήματα ἐγίνετο.

1 Moſch. in Amore fug. 27: Φεῦγε κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλια φαρμακόν ἐστι.

2 Amyot vertit, ac ſi legiſſet ἀπέθανον, non male.

πλέκω; ἀλλὰ τὰ μὲν ἴα καὶ ὁ ὑάκινθος ἀνθεῖ· Δάφνις δὲ μαραίνεται. ἆρά μου καὶ Δόρκων εὐμορφότερος ὀφθήσεται; Τοιαῦτα ὁ βέλτιστος Δάφνις ἔπασχε καὶ ἔλεγεν, οἷα πρῶτον γευόμενος τῶν ἔρωτος ἔργων καὶ λόγων.

η'. Ὁ δὲ Δόρκων ὁ βουκόλος ὁ τῆς Χλόης ἐραστὴς, Φυλάξας τὸν Δρύαντα φυτὸν κατορύττοντα πλησίον κλήματος, πρόσεισιν αὐτῷ μετὰ τυρῶν καὶ συρίγγων τινῶν γαμικῶν· καὶ τοὺς μὲν τυροὺς δῶρον εἶναι δίδωσι, πάλαι φίλος ὢν ἡνίκα αὐτὸς ἔνεμεν. Ἐντεῦθεν δὲ ἀρξάμενος ἀνέβαλε [1] λόγον περὶ τοῦ τῆς Χλόης γάμου· καὶ εἰ λαμβάνοι γυναῖκα, δῶρα πολλὰ καὶ μεγάλα, ὡς βουκόλος, ἐπηγγέλλετο· [2] ζεῦγος βοῶν ἀροτήρων, σμήνη τέτταρα μελιττῶν, φυτὰ μηλεῶν πεντήκοντα, δέρμα ταύρου τεμεῖν ὑποδήματα, μόσχον, ἀνὰ πᾶν

las nectо coronas! Sed violae quidem & hyacinthi florent; Daphnis vero marceſcit. Num eo etiam res deveniet, ut me formoſior vel Dorco ſit appariturus! Talia quidem bonus ille Daphnis & patiebatur & dicebat, utpote qui primum amoris & opera & ſermones deguſtare inciperet.

VIII. At Dorco bubulcus, amator Chloës, Dryantem obſervans prope palmitem defodientem, ad eum accedit cum caſeis & fiſtulis. Atque caſeos illos dat illi dono, quocum ipſi iam olim amicitia interceſſerat, cum ipſemet Dryas gregem paſcebat. Inde initio facto, ſermonem de Chloës nuptiis iniecit, &, ſi acciperet uxorem, multa magnaque munera, pro bubulci opibus, promiſit; par ſcilicet boum aratorum, quatuor apum examina, pomorum plantaria quinquagena, tauri pellem calceis conficiendis idoneam, vitulum quotannis,

1 Pronum eſt legendum coniicere ὑπέβαλε, quod & aliis in mentem venit.

2 Reſcripſi cum Villoiſ. ἐπηγγέλλετο, quod & fide trium Codd. nititur, & unice hic locum habet. Vulgo: ἀπηγγέλλετο.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

ἔτος, μηκέτι γάλακτος δεόμενον· ὥστε μικροῦ δεῖν ὁ Δρύας θελχθεὶς τοῖς δώροις, ἐπένευσε τὸν γάμον. Ἐννοήσας δὲ ὡς κρείττονος ἡ παρθένος ἀξία νυμφίου, καὶ δείσας, μὴ φωραθείς ποτε, κακοῖς ἀνηκέστοις περιπέσοι· τόν τε γάμον ἀνένευσε, καὶ συγγνώμην ἔχειν ἠτήσατο, καὶ τὰ ὀνομασθέντα δῶρα παρητήσατο.

Θ'. Δευτέρας δὴ διαμαρτὼν ὁ Δόρκων ἐλπίδος, καὶ μάτην τυροὺς ἀγαθοὺς ἀπολέσας, ἔγνω διὰ χειρῶν ἐπιβέσθαι τῇ Χλόῃ μόνῃ γενομένῃ· καὶ παραφυλάξας, ὅτι παρ' ἡμέραν ἐπὶ τὸν ποτὸν ἄγουσι τὰς ἀγέλας, ποτὲ μὲν ὁ Δάφνις, ποτὲ δὲ ἡ παῖς, ἐπιτεχνᾶται τέχνην ποιμένι πρέπουσαν. Λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν, ὃν ταῦρός ποτε πρὸ τῶν βοῶν μαχόμενος τοῖς κέρασι διέφθαρε, περιέτεινε τῷ σώματι, ποδῆρες καταναωτισάμενος· ὡς τοὺς τ' ἐμπροσθίους πόδας ἐφη-

qui non amplius mammam deſideraret; adeo ut parum abeſſet, quin Dryas hiſce donis delinitus nuptias annueret. Attamen conſiderans, praeſtantiori dignam eſſe ſponſo hanc virginem, verituſque, ne aliquando deprehenſus, graviſſima in mala incideret, abnuit coniugium, utque ſibi ignoſcat, orans, praedicata munera recuſat.

IX. Hac altera ſpe decidens Dorcon, & incaſſum bonis illis caſeis perditis, ſtatuit vi adoriri Chloën, quamprimum eam ſolam adverteret. Itaque cum obſervaſſet ad aquas appellere greges alternis diebus, nunc quidem Daphnim, nunc vero puellam ipſam, artem quandam bubulco convenientem comminiſcitur. Lupi magni pellem ſumtam, quem aliquando pro armentis pugnans ſuis taurus peremerat cornibus, circumponit corpori in dorſum reiectam & ab humeris uſque ad talos demiſſam, ita ut anteriores lupi pedes ſuper manus ipſius expanſi

πλῶσθαι ταῖς χερσὶ, καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἄχρι πτέρνης, καὶ τοῦ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἀνδρὸς ὁπλίτου κράνος. Ἐκθηριώσας δὲ αὐτὸν ὡς ἔνι μάλιστα, παραγίνεται πρὸς τὴν πηγὴν, ἧς ἔπινον αἱ αἶγες καὶ τὰ πρόβατα μετὰ τὴν νομήν. Ἐν κοίλῃ δὲ πάνυ γῇ ἦν ἡ πηγὴ, καὶ περὶ αὐτὴν πᾶς ὁ τόπος ἀκάνθαις, καὶ βάτοις, καὶ ἀρκεύθῳ ταπεινῇ, καὶ σκολύμοις ἠγρίωτο· ῥᾳδίως ἂν ἐκεῖ καὶ λύκος ἀληθινὸς ἔλαθε λόχῳ. Ἐνταῦθα κρύψας ἑαυτὸν, ἐπετήρει τοῦ ποτοῦ τὴν ὥραν ὁ Δόρκων, καὶ πολλὴν εἶχεν ἐλπίδα, τῷ σχήματι φοβήσας, λαβεῖν ταῖς χερσὶ τὴν Χλόην. Χρόνος ὀλίγος διαγίνεται, καὶ Χλόη κατήλαυνε τὰς ἀγέλας εἰς τὴν πηγὴν, καταλιποῦσα τὸν Δάφνιν φυλλάδα χλωρὰν κόπτοντα, τοῖς ἐρίφοις τροφὴν μετὰ τὴν νομήν· καὶ οἱ κύνες, οἱ τῶν προβάτων ἐπιφύλακες καὶ τῶν αἰγῶν, ἑπόμενοι, οἷα

obtenderentur, poſteriores vero ſuper crura, ad calcaneos uſque, oris vero hiatus, perinde atque armati viri galea, caput velaret. Cum ſe autem, quam fieri poterat maxime, efferaſſet, ad fontem accedit, ex quo bibere capellae & oves poſt paſtum ſolebant. In cavo autem prorſus terrae loco ſitus erat fons, locuſque circa hunc totus ſpinis, rubis, iunipero humili carduiſque ita horrebat, ut vel verus ac germanus lupus facile ibidem in inſidiis delituiſſet. Hic ſeſe abſcondens, tempus, quo potum agerentur greges, obſervabat, nec levem concipiebat ſpem, fore ut habitu illo perterrefactam Chloën ſuis comprehenderet manibus. Pauxillum interlabitur temporis, & Chloë pecora ad fontem compellebat, relicto Daphnide, qui frondes virides decutiebat, quibus poſt paſtum alerentur haedi. Atque canes, ovium & caprarum cuſtodes, Chloën ſecuti, at-

δὴ κυνῶν ἐν ῥινηλασίαις περιεργία κινούμενον ὑλακτήσαντες, ὥρμησαν ὡς ἐπὶ λύκον· καὶ περισχόντες, πρὶν ὅλως ἀναστῆναι δι' ἔκπληξιν, ἔδακνον κατὰ τοῦ δέρματος. Τέως μὲν οὖν τὸν ἔλεγχον αἰδούμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ δέρματος ἐπισκέποντος φρουρούμενος, ἔκειτο σιωπῶν ἐν τῇ λόχμῃ. Ἐπεὶ δέ ἡ τε Χλόη πρὸς τὴν πρώτην θέαν διαταραχθεῖσα, τὸν Δάφνιν ἐκάλει βοηθὸν, οἵτε κύνες περισπῶντες τὸ δέρμα, τοῦ σώματος ἥπτοντο αὐτοῦ, μέγα οἰμώξας, ἱκέτευε βοηθεῖν τὴν κόρην καὶ τὸν Δάφνιν ἤδη παρόντα. Τοὺς μὲν κύνας δὴ ἀνακλήσει συνήθει ταχέως ἡμέρωσαν, τὸν δὲ Δόρκωνα κατά τε μηρῶν καὶ ὤμων δεδηγμένον, ἀγαγόντες ἐπὶ τὴν πηγὴν, ἀπένιψαν τὰ δήγματα, ἵνα ἦσαν τῶν ὀδόντων αἱ ἐμβολαὶ, καὶ διαμασησάμενοι φλοιὸν χλωρὸν πτελέας, ἐπέ-

que, pro ſua in odorando ſagacitate, Dorconem, qui ad manus puellae iniiciendas ſeſe movebat, deprehendentes, & valde acute allatrantes, ut in lupum irruere, & circumfuſi atque undique inhaerentes, ei, priuſquam ob ſtuporem aſſurgeret, acres morſus intulerunt. Ac primum quidem, ne manifeſte proderetur, metuens, & pelle, qua tegebatur, munitus, tacitus inter frutices iacebat: ubi vero Chloë, ad primum intuitum perterrita, Daphnim inclamavit auxiliatorem, & canes ipſum corpus, dilacerato iam corio, morſu apprehenderunt, ibi magno cum eiulatu ſuppliciter Daphnidis, qui iam advenerat, & puellae auxilium implorare coepit. Illi autem ſuos canes conſueta inclamatione celeriter mitigaverunt; Dorconem vero, femora & humeros lacerum, ad fontem deduxerunt, atque morſus ipſius ubi apparebant dentium impreſſiones, abluerunt, & viridem ulmi corticem commanducatum. ſuperimpoſuerunt.

πασαν· ὑπό τε ἀπειρίας ἐρωτικῶν τολμημάτων ποιμενικὴν παιδιὰν νομίζοντες, τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Δόρκωνος οὐδὲν ὀργισθέντες, ἀλλὰ καὶ παραμυθησάμενοι, καὶ μέχρι τινὸς χειραγωγήσαντες, ἀπέπεμψαν. Καὶ ὁ μὲν κινδύνου παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν, καὶ σωθεὶς ἐκ κυνὸς, φασὶν, οὐ λύκου στόματος, ἐθεράπευε τὸ σῶμα.

ί. Ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη κάματον πολὺν ἔσχον μέχρι νυκτὸς τὰς αἶγας καὶ τὰς ὄις συλλέγοντες· ὑπὸ γὰρ τοῦ δέρματος πτοηθεῖσαι, καὶ ὑπὸ τῶν κυνῶν ὑλακτησάντων ταραχθεῖσαι, αἱ μὲν εἰς πέτρας ἀνέδραμον, αἱ δὲ μέχρι τῆς θαλάττης αὐτῆς κατέδραμον. Καίτοιγε ἐπεπαιδεύντο καὶ φωνῇ πείθεσθαι, καὶ σύριγγι θέλγεσθαι, καὶ χειρὸς παταγῇ συλλέγεσθαι· ἀλλὰ τότε πάντων αὐταῖς ὁ φόβος λήθην ἐνέβαλε, καὶ μόλις, ὥσπερ λαγὼς ἐκ τῶν ἰχνῶν εὑρίσκοντες, εἰς τὰς ἐπαύλεις ἤγαγον. Ἐκείνης μόνης τῆς νυκτὸς ἐκοι-

Atque ob imperitiam amatoriorum auſorum, luſum paſtoralem deputantes, quod pellem induiſſet Dorcon, nulloque modo illi ſuccenſentes, ſed etiam verbis levare dolorem ipſius conati, aliquatenus manu ductum dimiſerunt. Eo diſcriminis adductus ille, &, ut aiunt, e canis, non autem e lupi ore, ſervatus, ſuum curabat corpus.

X. At Daphnis & Chloë defatigabantur uſque in noctem capris ovibuſque colligendis. Quippe illae lupi pelle conterritae, & canum latratu conturbatae, aliae in petras evaſerant, aliae ad mare uſque curſu contenderant. Tametſi edoctae eſſent & voci obtemperare, & fiſtula demulceri, & vel manuum ſtrepitu cogi; tunc vero timor omnium oblivionem ipſis iniecerat, aegreque tandem eas veluti lepores ex veſtigiis indagantes, ad caſas reduxerunt. Illa nocte ſola profunde dormita-

μήδησαν βαθὺν ὕπνον, καὶ τῆς ἐρωτικῆς λύπης φάρμακον τὸν κάματον ἔσχον. Αὖθις δὲ ἡμέρας ἐπελθούσης, πάλιν ἔπασχον παραπλήσια. Ἔχαιρον ἰδόντες, ἐλυποῦντο ἀπαλλαγέντες, ἤλγουν, ἔθελον τί· ἠγνόουν ὅ, τι θέλουσι. Τοῦτο μόνον ἤδεσαν, ὅτι τὸν μὲν φίλημα, τὴν δὲ λουτρὸν ἀπώλεσεν.

ια'. Ἐξέκαε δὲ αὐτοὺς καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους. Ἦρος οὖν ἤδη τέλη, καὶ θέρους ἀρχή, καὶ πάντα ἐν ἀκμῇ· δένδρα ἐν καρποῖς· πεδία ἐν λήϊοις· ἡδεῖα μὲν τεττίγων ἠχή· γλυκεῖα καὶ ἡ τῆς ὀπώρας ὀδμή· τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή. Εἰκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν, ῥέμα ῥέοντας· καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας· καὶ τὰ μῆλα ἐρῶντα πίπτειν χαμαί· καὶ τὸν ἥλιον φιλόκαλον ὄντα, πάντας ἀποδύειν. Ὁ μὲν οὖν Δάφνις θαλπόμενος τούτοις ἅπασιν, εἰς τοὺς πο-

verunt, atque illam defatigationem pro ſuae ex amore conceptae aegritudinis remedio habuerunt. Quamprimum autem dies rediit, ſimilem rurſus in modum ſe affici ſentiebant. Laeti erant, ſi ſe invicem videbant; moeſti, ſi forte pauliſper eos ſeparari contigerat. Dolebant, aliquid amplius volebant; quidnam tamen vellent, neſciebant. Illud ſolum norant, quod hunc quidem oſculum, illam vero lavacrum perdidiſſet.

XI. Inſuper etiam ipſos anni illud tempus incendebat. Ver iam deſinebat, & aeſtas oriebatur, omniaque vigebant. Arbores fructibus, campi ſegetibus laeti: ſuavis cicadarum ſtrepitus, grata pomorum fragrantia, iucundus quoque ovium balatus. Putaſſes flumina ſenſim labentia modulari cantum, & ventos, qui pinus inflabant, fiſtula canere, poma amore capta humi decumbere, ſolemque, venuſtatis & formae amatorem, omnes veſtibus ſuis exuere. Daphnis igitur hiſce omnibus incen-

ταμοὺς ἐνέβαινε· καὶ ποτὲ μὲν ἐλούετο, ποτὲ δὲ καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς ἐνδινεύοντας ἐθήρα· πολλάκις δὲ καὶ ἔπινεν ὡς τὸ ἔνδοθεν καῦμα σβέσων. Ἡ δὲ Χλόη μετὰ τὸ ἀμέλξαι τὰς οἷς καὶ τῶν αἰγῶν τὰς πολλὰς, ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον [1] εἶχε πηγνῦσα τὸ γάλα· δειναὶ γὰρ αἱ μυῖαι λυπῆσαι καὶ δακεῖν, εἰ διώκοιντο. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἀπολουσαμένη τὸ πρόσωπον, πίτυος ἐστεφανοῦτο κλάδοις, καὶ τῇ νεβρίδι ἐζώννυτο, καὶ τὸν γαυλὸν ἀναπλήσασα οἴνου καὶ γάλακτος, κοινὸν μετὰ τοῦ Δάφνιδος ποτὸν εἶχε. Τῆς δὲ μεσημβρίας ἐπελθούσης, ἐγίνετο ἤδη ὀφθαλμῶν ἅλωσις αὐτοῖς· ἡ μὲν γὰρ γυμνὸν ὁρῶσα Δάφνιν, ἐπανθοῦν [2] ἐνέπιπτε τὸ κάλλος, καὶ ἐτήκετο, μηδὲν αὐτοῦ μέρος μέμψασθαι

sus, fluminibus ſeſe immergebat; & quandoque ſe abluebat, quandoque vero piſces laſcivientes & in gyrum tremula exſultantes cauda captabat; ſaepe etiam bibebat, veluti ſic internum aeſtum reſtincturus. Chloë vero, poſtquam oves multaſque e capris mulſiſſet, longo dein tempore in cogendo lacte erat occupata; muſcae namque erant ipſi graves, cum negotium faceſſendo, tum mordendo, ſi abigerentur. Illa deinde, abluta facie, pineis ſe coronabat ramis, pellem hinnuli induebat, & mulcrale vino atque lacte replens, communi ſimul cum Daphnide potu fruebatur. Ingruente vero meridie, amborum oculi fuerunt capti. Illa enim nudum conſpicata Daphnim, in eius effloreſcentem pulchritudinem incidebat, indeque liqueſcebat, quod nullam in eo par-

1 Elegans eſt Wyttenbachii emendatio, h. l. ita refingentis: ἐπὶ πολὺ μὲν πόνον εἶχε. Nam, cum ἔχειν pro intentum eſſe alicui rei Graecis adhibetur, ſemper coniungitur cum περὶ vel ἀμφί.

2 Diviſim ἐπ' ἄνθοῦν volebat Reitz. ad Lucian. T. II, p. 537, quem ſecutus eſt Villoiſon. At Wyttenbachius, loco huic male affecto ita mederi conabatur: τῇ μὲν γὰρ γυμνὸν ὁράσῃ Δάφνιν ἐνέπιπτε ſ. ἐνέκλᾱε τὸ κάλλος. Mihi v. ἐνέπιπτε mendoſum videtur.

δυναμένη. Ὁ δὲ, ἰδὼν ἐν νεβρίδι καὶ στεφάνῳ πίτυος ὀρέγουσαν τὸν γαυλὸν, μίαν ὤετο τῶν ἐν τῷ ἄντρῳ Νυμφῶν ὁρᾶν. Ὁ μὲν οὖν τὴν πίτυν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἁρπάζων, αὐτὸς ἐστεφανοῦτο, πρότερον φιλήσας τὸν στέφανον· ἡ δὲ, τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ λουομένου καὶ γυμνωθέντος ἐνεδύετο, πρότερον καὶ αὐτὴ φιλήσασα. Ἤδη ποτὲ καὶ μήλοις ἀλλήλους ἔβαλον, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀλλήλων ἐκόσμησαν, διακρίναντες τὰς κόμας, καὶ ἡ μὲν εἴκασεν αὐτοῦ τὴν κόμην, ὅτι μέλαινα, μύρτοις· ὁ δὲ, μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν. Ἐδίδασκεν αὐτὴν καὶ συρίττειν, καὶ ἀρξαμένης ἐμπνεῖν, ἁρπάζων τὴν σύριγγα τοῖς χείλεσιν αὐτὸς τοὺς καλάμους ἐπέτρεχεν· [1] καὶ ἐδόκει μὲν

tem reprehendere poſſet; Daphnis viciſſim pelle hinnuli corollaque pinea ornatam Chloën, & ſibi mulcram porrigentem intuens, unam e Nymphis, quae in antro, videre ſe exiſtimabat. Ipſe vero pinum de capite Chloës detractam ſibi imponebat, oſculis tamen prius corollae impreſſis: Chloë contra veſtem illius lavantis & denudati, prius oſculata, induebat. Iam aliquando & malis ſeſe petebant, atque diſcriminantes comam, invicem capita adornabant ſibi. Et Chloë caeſariem Daphnidis, utpote nigricantem, myrteis baccis; Daphnis vero faciem Chloës, quod candida & ſubrubicunda eſſet, malo aſſimilabat. Docebat eam & fiſtula canere; ſimulque ea inſpirare coeperat, fiſtulam eripiens, labellis ipſe calamos percurrebat. Sicque dum videbatur errantem infor-

1 Cod. Reg. ἐπέλαιχεν, quod ita arriſit Villoiſono, ut ſtatim ei in contextu locum faceret. Equidem teneo ἐπέτρεχεν, quod & ipſum Daphnidis aviditatem in excipiendo, qui calamis adhuc inerraret, ſpiritu declarat, & verbum proprium eſt de fiſtula canendi arte.

ἁμαρτάνουσαν διδάσκειν, εὐπρεπῶς δὲ διὰ τῆς σύριγγος τὴν Χλόην ἐφίλει.

ιβ'. Συρίττοντος δὲ κατὰ τὸ μεσημβρινὸν, καὶ τῶν ποιμνίων σκιαζομένων, ἔλαθεν ἡ Χλόη καταυστάξασα. Φωράσας τοῦτο ὁ Δάφνις, καὶ καταθέμενος τὴν σύριγγα, πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως, οἷα μηδὲν αἰδούμενος, καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἠρέμα ὑπεφθέγγετο· Οἷοι καθεύδουσιν ὀφθαλμοί· οἷον δὲ ἀποπνεῖ τὸ στόμα· οὐδὲ τὰ μῆλα τοιοῦτον, οὐδὲ αἱ λόχμαι. ἀλλὰ φιλεῖν μὲν δέδοικα· δάκνει τὸ φίλημα τὴν καρδίαν, καὶ, ὥσπερ τὸ νέον μέλι, μαίνεσθαι ποιεῖ· ὀκνῶ μὴ καὶ φιλήσας αὐτὴν ἀφυπνίσω. Ὦ λάλων τεττίγων, οὐκ ἐάσουσιν αὐτὴν καθεύδειν μέγα ἠχοῦντες· ἀλλὰ καὶ οἱ τράγοι τοῖς κέρασι παίουσι μαχόμενοι· ὦ λύκων ἀλωπέκων δειλοτέρων, οἳ τούτους οὐχ ἥρπασαν. Ἐν τούτοις

mare, ſpecioſo admodum praetextu per fiſtulam Chloën oſculabatur.

XII. Contigit vero, cum per meridiem fiſtula luderet, & pecora opaca tegerentur umbra, Chloën imprudentem in ſomnum dilapſam eſſe. Quo animadverſo, Daphnis fiſtulam depoſuit, totamque ipſam inexplebiliter contemplatus eſt, quippe qui nihil tum revereretur; ſimulque ad ipſam leniter ſubloqui coepit: Quales dormiunt ocelli! Quem os exhalat ſpiritum! Certe non talem mala, non arbuſta. Sed oſculum figere vereor; cor quippe mordet ſuavium, & haud ſecus atque novum mel inſanire facit. Praeterea timeo, ſi oſculum ei dederim, ne ſomnium excutiam. O garrulas cicadas! Dormire ipſam non ſinent ita valide perſtrepentes. At & hirci cornibus confligentes pugnam conſerunt. Lupos vel vulpibus magis ignavos, quod hoſce non rapue-

ὄντος αὐτοῦ λόγοις, τέττιξ Φεύγων χελιδόνα θηράσαι θέλουσαν, κατέπεσεν εἰς τὸν κόλπον Χλόης· καὶ ἡ χελιδὼν ἐπομένη, [1] τὸν μὲν οὐκ ἠδυνήθη λαβεῖν, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἐγγὺς διὰ τὴν δίωξιν γενομένη, τῶν παρειῶν αὐτῆς ἥψατο. Ἡ δὲ οὐκ εἰδυῖα τὸ πραχθὲν, μέγα βοήσασα τῶν ὕπνων ἐξέθορεν. Ἰδοῦσα δὲ καὶ τὴν χελιδόνα ἔτι πλησίον πετομένην, καὶ τὸν Δάφνιν ἐπὶ τῷ δέει γελῶντα, τοῦ Φόβου μὲν ἐπαύσατο, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀπέματτεν ἔτι καθεύδειν θέλοντας. Καὶ ὁ τέττιξ ἐκ τῶν κόλπων ἐπήχησεν ὅμοιον ἱκέτῃ χάριν ὁμολογοῦντι τῆς σωτηρίας. Πάλιν οὖν ἡ Χλόη μέγα ἀνεβόησεν· ὁ δὲ Δάφνις ἐγέλασε. Καὶ προφάσεως λαβόμενος, καθῆκεν αὐτῆς εἰς τὰ στέρνα τὰς χεῖρας, καὶ ἐξάγει τὸν βέλτιστον τέττιγα, μηδὲ ἐν τῇ δεξιᾷ σιωπῶντα.

runt! Interea dum haec faciebat verba, cicada fugiens hirundinem, quae ipſam capere vellet, in Chloës incidit ſinum; atque hirundo inſequens, illam quidem apprehendere non potuit, ſed propius inſectando accedens, alis genas puellae attigit: quae quidem ignara quid actum fuiſſet, magno cum clamore e ſomno exſiluit. Cum autem vidiſſet & hirundinem prope adhuc volantem, & Daphnim ſuper hoc metu ridentem, timere deſtitit, & oculos adhuc dormiturientes abſterſit. Atque cicada, inſtar ſupplicis gratias agentis pro ſalute parta, ipſo e ſinu inſonuit. Iterum igitur Chloë valde exclamavit, Daphnis vero riſit; eaque occaſione arrepta, in ſinum puellae manus immiſit, optimamque illam cicadam, ne quidem in dextra ſilentem, extraxit. Qua

1 Pro ἐπομένη Codd. Flor. & Urſ. ἐπ' ἰκείᾳ. Quam utramque lectionem in textu repoſuit Boden, parum ſcite.

Ἡ δὲ ἥδετο ἰδοῦσα, καὶ ἐφίλησε λαβοῦσα, καὶ αὖθις ἐνέβαλλε τῷ κόλπῳ λαλοῦντα.

ιγ'. Ἔτερψεν αὐτοὺς τότε Φάττα βουκολικὴ ἐκ τῆς ὕλης φθεγξαμένη. Τῆς Χλόης ζητούσης μαθεῖν ὅ, τι λέγει, διδάσκει αὐτὴν ὁ Δάφνις μυθολογεῖν τὰ θρυλλούμενα. „Ἦν παρθένος, παρθένε, ὡς σὺ, οὕτω καλὴ, „καὶ ἔνεμε βοῦς πολλὰς οὕτως ἐν ἡλικίᾳ. ἦν ἄρα καὶ „ᾠδικὴ, καὶ ἐτέρποντο αἱ βόες αὐτῆς τῇ μουσικῇ, καὶ „ἔνεμεν οὔτε καλαύροπος πληγῇ, οὔτε κέντρου προσ„βολῇ· ἀλλὰ καθίσασα ὑπὸ πίτυν, καὶ στεφανωσα„μένη πίτυϊ, ἦδε Πᾶνα καὶ τὴν Πίτυν. Καὶ αἱ βόες „τῇ φωνῇ παρέμενον. Παῖς οὐ μακρὰν νέμων βοῦς, „καὶ αὐτὸς καλὸς, ᾠδικὸς ὡς ἡ παρθένος, φιλονεικήσας „πρὸς τὴν μελῳδίαν, μείζονα ὡς ἀνὴρ, ἡδεῖαν ὡς παῖς, „φωνὴν ἀντεπεδείξατο. Καὶ τῶν βοῶν ὀκτὼ τὰς ἀρί-

conſpecta Chloë admodum delectabatur, apprehenſamque deoſculata, iterum ſinu ſuo excepit garrientem.

XIII. Tunc ipſos palumbes, ex ſilva paſtorale quid canens, oblectavit. Quaerentem autem Chloën, quidnam haec avis caneret, Daphnis eam edocuit fabulam, quae vulgo iactabatur: Erat virgo, mi virgo, ut tu, admodum formoſa, quae ſimiliter in flore aetatis multos paſcebat boves. Eadem utique & perita canendi erat, impenſeque illius modulatione delectabantur boves, adeo ut neque pedi ictu, neque ſtimuli inflictu inter paſcendum opus haberet; ſed ſub pino ſedens, pineaque cincta corona, Pana atque Pinum cantu celebrabat, quo delinitae vaccae ab ipſa nunquam diſcedebant. Adoleſcens, non procul inde boves paſcens, & ipſe pulcher & muſicus, ut haec virgo, cumque illa de cantus ſuavitate contendens, maiorem vocem ut mas, dulcem ut puer, contra edidit, & ſic octo e vaccis, eaſque opti-

„στας ἐς τὴν ἰδίαν ἀγέλην θέλξας, ἀπεβουκόλησεν. „ἄχθεται ἡ παρθένος τῇ βλάβῃ τῆς ἀγέλης, τῇ ἥττῃ „τῆς ὠδῆς· καὶ εὔχεται τοῖς θεοῖς ὄρνις γενέσθαι, πρὶν „οἴκαδε ἀφικέσθαι. Πείθονται οἱ θεοὶ, καὶ ποιοῦσι „τήνδε τὴν ὄρνιν, ὄρειον ὡς παρθένον, μουσικὴν ὡς ἐκεί„νην.[1] Καὶ ἔτι νῦν ᾄδουσα μηνύει τὴν συμφορὰν, ὅτι „βοῦς ζητεῖ πεπλανημένας.„

ιδ'. Τοιάσδε τέρψεις αὐτοῖς τὸ θέρος παρεῖχε. Μετοπώρου δὲ ἀκμάζοντος καὶ τοῦ βότρυος,[2] Τύριοι λῃσταὶ καρικὴν ἔχοντες ἡμιολίαν, ὡς ἔσως μὴ δοκοῖεν βάρβαροι, προσέσχον τοῖς ἀγροῖς· καὶ ἐκβάντες σὺν μαχαίραις καὶ ἡμιθωραχίοις κατέσυρον πάντα τὰ εἰς χεῖρας ἐλθόντα· οἶνον ἀνθοσμίαν, πυρὸν ἄφθονον, μέλι

mas, ſuum in armentum pellectas abegit. Indigne tulit puella hoc ſui armenti damnum, cantuque ſuccubuiſſe dolens, precatur Deos, ut in avem, antequam domum redeat, convertatur. Annuunt Dii, inque avem illam mutant montanam atque muſicam, virgini iſti ſimilem, quae etiam nunc canendo ſuae facit indicium iacturae, quod ſcilicet errabundas vaccas quaerat.

XIV. Eiuſmodi oblectamenta illis ſuppeditavit aeſtas. Autumno vero adulto & uvis maturescentibus, Tyrii praedones, Carico hemiolio ſumto, ne forte barbari viderentur, ad agros appulere, & gladiis dimidiatiſque thoracibus armati, cuncta, quae in manus incidebant, diripuere, vinum odoratum, magnam frumenti copiam,

1 Wyttenb. ita hunc locum tranſponendum cenſet: ὄρειον, ὡς ἐκείνην, μουσικὴν ὡς παρθένον. Forte paulo audacior eſſet coniectura, ait Villoiſ. ſi quis ita emendare tentaret: ᾠδικὴν (pro ὄρειον) ὡς ἐκείνην παρθένον· ut μουσικὴν eſſet gloſſa τοῦ ᾠδικήν· vel ποιοῦσι τήνδε τὴν ὄρνιν ὄρειον, μουσικὴν ὡς παρθένον ἐκείνην. Quae poſterior ratio priori longe praeferenda videtur. Ita quoque Amyotus in ſuis libris habuiſſe videtur.

2 Aliquid h. l deeſſe, facile ſuſpiceris. Ed. Par. offert: ἤδη περιχάζοντος, quod ſane proprium de uvis maturescentibus, ideoque textui intulere Dutens & Villoiſ.

ἐν κηρίοις· ἤλασάν τινας καὶ βοῦς ἐκ τῆς Δόρκωνος ἀγέλης. Λαμβάνουσι καὶ Δάφνιν περὶ τὴν θάλατταν ἀλύοντα· ἡ γὰρ Χλόη βραδύτερον ὡς κόρη τὰ πρόβατα ἐξῆγε τοῦ Δρύαντος, φόβῳ τῶν ἀγερώχων ποιμένων. Ἰδόντες δὲ μειράκιον μέγα καὶ καλὸν, κρεῖττον τῆς ἐξ ἀγρῶν ἁρπαγῆς, μηκέτι μηδὲν εἰς τὰς αἶγας, μηδὲ εἰς τοὺς ἄλλους ἀγροὺς περιεργαζόμενοι, [1] κατῆγον αὐτὸν εἰς τὴν ναῦν κλαίοντα καὶ ἠπορημένον, καὶ μέγα Χλόην καλοῦντα. Καὶ οἱ μὲν, τὸ πεῖσμα ἄρτι ἀπολύσαντες, καὶ τὰς κώπας ταῖς χερσὶν ἐμβαλόντες, ἀπέπλεον εἰς τὸ πέλαγος. Χλόη δὲ κατήλαυνε τὸ ποίμνιον, σύριγγα καινὴν τῷ Δάφνιδι δῶρον κομίζουσα. Ἰδοῦσα δὲ τὰς αἶγας τεταραγμένας, καὶ ἀκούσασα τοῦ Δάφνιδος ἀεὶ μεῖζον αὐτὴν βοῶντος, προβάτων μὲν ἀμελεῖ, καὶ τὴν σύριγγα ῥίπτει· δρόμῳ

mel, quod ſuis continebatur favis. Boves quoque aliquot de Dorconis grege abegerunt, immo & Daphnim iuxta mare errabundum ceperunt. Chloë namque, utpote puella, laſcivorum & ferocium paſtorum metu, ſerius Dryantis oves eduxerat. Hi cum vidiſſent iuvenem hunc procerum ac formoſum, ipſa rapina ex agris ablata praeſtantiorem, non amplius ſatagentes caprarum, aut aliarum in aliis agris rerum, illum plorantem, conſilii inopem, & alta voce Chloën vocantem, ad navem abduxerunt. Confeſtim ſoluto fune, remiſque manibus iniectis, in altum provehuntur. Interea Chloë iam oves educebat, fiſtulamque novam Daphnidi munus afferebat. At videns capras perterritas, & audiens Daphnim ſemper magis magiſque ipſam inclamantem, neglectis ovibus, fiſtulam proiicit, atque ad Dorçonem

1 Codd. quidam *περιεργασάμενοι*, quod recepit Villoiſ. *Longus.*

δὲ πρὸς τὸν Δόρκωνα παραγίνεται δεησομένη βοηθεῖν. Ὁ δὲ ἔκειτο πληγαῖς νεανικαῖς συγκεκομμένος ὑπὸ τῶν λῃστῶν, καὶ ὀλίγον ἐμπνέων αἵματος πολλοῦ χεομένου. Ἰδὼν δὲ καὶ τὴν Χλόην, καὶ ὀλίγον ἐκ τοῦ πρότερον ἔρωτος ἐμπύρευμα λαβών· Ἐγὼ μέν, εἶπε, Χλόη, τεθνήξομαι μετ' ὀλίγον· οἱ γάρ με ἀσεβεῖς λῃσταὶ πρὸ τῶν βοῶν μαχόμενον, κατέκοψαν ὡς βοῦν. Σὺ δέ σοι [1] καὶ Δάφνιν σῶσον, καὶμοὶ τιμώρησον, καὶκείνους ἀπόλεσον. Ἐπαίδευσα τὰς βοῦς ἤχῳ σύριγγος ἀκολουθεῖν, καὶ διώκειν τὸ μέλος αὐτῆς, κἂν νέμωνταί ποι μακράν. Ἴθι δή, λαβοῦσα τὴν σύριγγα ταύτην, ἔμπνευσον αὐτῇ μέλος ἐκεῖνο, ὃ Δάφνιν ἐγώ ποτε ἐδίδαξάμην, σὲ δὲ Δάφνις. τὸ δὲ ἐντεῦθεν τῇ σύριγγι μελήσει καὶ τῶν βοῶν ταῖς ἐκεῖ. χαρίζομαι δέ σοι καὶ

cursu contendit, oratura ut suppetias ferat. Ille vero gravibus plagis a latronibus concisus, & paululum adhuc spirans, sanguine multo erumpente, iacebat prostratus. Visa tamen Chloë, & exiguo prioris amoris igniculo exsuscitato, Mea Chloë, inquit, ego quidem iamiam moriturus sum: nefarii enim praedones me pro bobus pugnantem haud secus ac bovem conciderunt; tu vero & tibi Daphnim servato, & me ulciscere, & illos male perde. Assuefeci vaccas meas fistulae sequi sonum, cantumque eius consectari, licet alicubi procul pascantur. Agedum, accepta hac fistula, idem canito carmen, quod egomet olim Daphnim, te vero Daphnis docuit; cetera autem curae erunt fistulae & his, quae illic erunt, vaccis. Dono vero tibi & hanc ipsam fistu-

1 Pleraeque edd. vitiose: σοὶ δέ μοι, quod stare posse, si καὶ, quod statim sequitur, ita transponeretur: σοὶ δὲ καί μοι Δ. putabat Boden. Parum concinne. Villoiſ. Cod. Urſ. lectionem exhibuit, quam & nos recepimus. Non enim Dorconi sed Chloae servandus erat Daphnis.

τὴν σύριγγα αὐτὴν, ᾗ πολλοὺς ἐρίζων καὶ βουκόλους ἐνίκησα καὶ αἰπόλους. σὺ δὲ ἀντὶ τούτων, καὶ ζῶντα ἔτι φίλησον, καὶ ἀποθανόντα κλαῦσον· κἂν ἴδῃς ἄλλον νέμοντα τὰς βοῦς, ἐμοῦ μνημόνευσον. Δόρκων μὲν τοσαῦτα εἰπὼν, καὶ φίλημα φιλήσας ὕστατον, ἀφῆκεν ἅμα καὶ τῷ φιλήματι καὶ τῇ φωνῇ τὴν ψυχήν.

ιε'. Ἡ δὲ Χλόη λαβοῦσα τὴν σύριγγα, καὶ ἐνθεῖσα τοῖς χείλεσιν, ἐσύριζε μέγιστον ὡς ἐδύνατο· καὶ αἱ βόες ἀκούουσι, καὶ τὸ μέλος γνωρίζουσι, καὶ ὁρμῇ μιᾷ μυκησάμεναι, πηδῶσιν εἰς τὴν θάλατταν. Βιαίου δὲ πηδήματος εἰς ἕνα τοῖχον τῆς νεὼς γενομένου, καὶ ἐκ τῆς ἐμπτώσεως τῶν βοῶν κοίλης τῆς θαλάττης διαστάσης, στρέφεται μὲν ἡ ναῦς, καὶ τοῦ κλύδωνος συνιόντος, ἀπόλλυται. Οἱ δὲ ἐκπίπτουσιν, οὐχ ὁμοίαν ἔχοντες ἐλπίδα σωτηρίας. Οἱ μὲν γὰρ λησταὶ τὰς μαχαίρας παρήρτηντο, καὶ τὰ ἡμιθωράκια λεπιδωτὰ

lam, qua contendens multos ſuperavi & bubulcos & caprarios. Tu vero pro hiſce & adhuc viventem oſculator, & mox fato functum lugeto; & cum alium boves paſcentem videbis, mei memento. Et Dorco quidem his dictis, ſuavioque poſtremo dato, ſimul cum ſuavio atque voce animam emiſit.

XV. Chloë, accepta fiſtula, labiiſque ſuis admota, totis viribus annixa eam inflabat. Extemplo boves audire, cantum agnoſcere, mugituque edito, uno eodemque impetu in mare deſilire. Violento autem ſaltu in alterum navis latus facto, exque caſu boum profundo mari dehiſcente, navis evertitur, fluctibuſque coëuntibus, peſſum it; quique in ea, excidunt, impari tamen ſpe ſalutis: quippe praedones, gladiis accincti, atque dimidiatis ſquamoſiſque thoracibus induti, nec non

ἐνεδέδυντο, καὶ κνημίδας εἰς μέσην κνήμην ὑπεδέδεντο· ὁ δὲ Δάφνις, ἀνυπόδητος, ὡς ἐν πεδίῳ νέμων, καὶ ἡμίγυμνος, ὡς ἔτι τῆς ὥρας οὔσης καυματώδους.[1] Ἐκείνους μὲν οὖν ἐπ' ὀλίγον νηξαμένους τὰ ὅπλα κατήνεγκεν εἰς βυθόν· ὁ δὲ Δάφνις τὴν μὲν ἐσθῆτα ῥᾳδίως ἀπεδύετο, περὶ δὲ τὴν νῆξιν ἔκαμεν, οἷα πρότερον νηχόμενος ἐν ποταμοῖς μόνοις, ὕστερον δὲ παρὰ τῆς ἀνάγκης τὸ πρακτέον διδαχθεὶς εἰς μέσας ὥρμησε τὰς βοῦς· καὶ δύο βοῶν κεράτων ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος, ἐκομίζετο μέσος ἀλύπως καὶ ἀπόνως, ὥσπερ ἐλαύνων ἅμαξαν. Νήχεται δὲ ἄρα βοῦς, ὅσον οὐδὲ ἄνθρωπος· μόνον λείπεται τῶν ἐνύδρων ὀρνίθων, καὶ αὐτῶν ἰχθύων. οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο βοῦς νηχόμενος, εἰ μὴ τῶν χηλῶν οἱ ὄνυχες περιπέσοιεν διάβροχοι γενόμενοι. Μαρτυροῦσι

ocreis ad media usque crura calceati erant; Daphnis autem discalceatus, ut qui in campo tunc pasceret, atque seminudus, utpote cum adhuc aestivi ardores ferveſcerent. Reliquos igitur, postquam paulisper natassent, arma in profundum demersere; Daphnis contra vestem facile exuebat, in natando tamen non parum laborabat, quippe antea in fluviis tantum nare solitus. Verum deinceps quod facto opus, ab ipsa edoctus necessitate, in medios boves irruit, & utraque manu duorum cornibus boum apprehensis, absque molestia & absque labore intermedius ferebatur, veluti currum agens. Natat autem in tantum bos, in quantum neque homo unquam queat, & tantum in nando ab aquatilibus avibus ipsisque piscibus vincitur: neque utique bos natando perierit, nisi ungulae aquis emollitae circum deciderint. Multi maris loci, ad hanc usque aetatem

1 Sic ed. Paris. Reliquae omnes vitiose: κεύματος.

τῷ λόγῳ μέχρι νῦν πολλοὶ τόποι τῆς θαλάττης βοὸς πόροι λεγόμενοι.

ιστ'. Ἐκσώζεται μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Δάφνις, δύο κινδύνους παρ' ἐλπίδα πᾶσαν διαφυγών, λῃστηρίου καὶ ναυαγίου. Ἐξελθὼν δὲ, καὶ τὴν Χλόην ἐπὶ τῆς γῆς γελῶσαν ἅμα καὶ δακρύουσαν εὑρὼν, ἐμπίπτει τε αὐτῆς τοῖς κόλποις, καὶ ἐπυνθάνετο, τί βουλομένη συρίσειεν. Ἡ δὲ αὐτῷ διηγεῖται πάντα· τὸν δρόμον τὸν ἐπὶ τὸν Δόρκωνα· τὸ παίδευμα τῶν βοῶν· πῶς κελευσθεὶη συρίσαι· καὶ ὅτι τέθνηκε Δόρκων· μόνον αἰδεσθεῖσα τὸ φίλημα οὐκ εἶπεν. Ἔδοξε δὴ τιμῆσαι τὸν εὐεργέτην· καὶ ἐλθόντες μετὰ τῶν προσηκόντων, Δόρκωνα θάπτουσι τὸν ἄβλιον. γῆν μὲν οὖν πολλὴν ἐπέθεσαν, φυτὰ δὲ ἥμερα πολλὰ ἐφύτευσαν, καὶ ἐξήρτησαν αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχάς· ἀλλὰ καὶ γάλα κατέσπει-

Bovis traiectus nuncupati, meis dictis teſtimonium perhibent.

XVI. Hunc in modum Daphnis fuit ſervatus, duo pericula praeter ſpem omnem effugiendo, latronum agmen atque naufragium: inque terram egreſſus, Chloën invenit ridentem ſimul & flentem, in cuius ſinu reclinatus, quid ſibilo iſto edito voluerit, percontatur. Atque haec omnia illi ordine enarrat: nimirum ut ad Dorconem currere coeperit, quomodo vaccae edoctae fuerint, quomodo fiſtulam inflare iuſſa fuerit, & quo pacto diem ſuum obierit Dorco; oſculum ſolum, prae pudore, alto involvit ſilentio. Decreverunt igitur honore proſequi tam bene de ipſis meritum; & una cum propinquis venientes, Dorconem miſerum ſepulturae mandarunt. Terram igitur multam iniecerunt, & plantas ſativas magna copia illic plantaverunt, primitiaſque laborum ipſi ſuſpenderunt. Inſuper & lac libarunt, uvas

σαν, καὶ βότρυας κατέβλιψαν, καὶ σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν. Ἠκούσθη καὶ τῶν βοῶν ἐλεεινὰ μυκήματα, καὶ δρόμοι τινὲς ὤφθησαν ἄμα τοῖς μυκήμασιν ἄτακτοι· καὶ ὡς ἐν ποιμέσιν εἰκάζετο καὶ αἰπόλοις, ταῦτα θρῆνος ἦν τῶν βοῶν ἐπὶ βουκόλῳ τετελευτηκότι. Μετὰ τὸν τοῦ Δόρκωνος τάφον, λούει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη πρὸς τὰς Νύμφας ἀγαγοῦσα. [εἰς τὸ ἄντρον εἰσαγαγοῦσα.][1] καὶ αὐτὴ τότε πρῶτον, Δάφνιδος ὁρῶντος, ἐλούσατο τὸ σῶμα, λευκὸν, καὶ καθαρὸν ὑπὸ καλλους, καὶ οὐδὲ λουτρῶν ἐς κάλλος δεόμενον· καὶ ἄνθη τε συλλέξαντες, ὅσα ἄνθη τῆς ὥρας ἐκείνης, ἐστεφάνωσαν τὰ ἀγάλματα, καὶ τὴν τοῦ Δόρκωνος σύριγγα τῆς πέτρας ἐξήρτησαν ἀνάθημα.

ιζ'. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐλθόντες, ἐπεσκόπουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα. Τὰ δὲ πάντα κατέκειτο, μήτε

compreſſerunt, & multas fiſtulas paſtoritias confregerunt. Auditi fuerunt & boum mugitus miſerabiles, viſaeque una cum mugitibus diſcurſitationes quaedam incompoſitae. Atque haec ipſa, ut opiliones caprariique coniectabant, erant boum lamentatio, defunctum ſuum bubulcum lugentium. Poſt has Dorconis exſequias, Chloë Daphnim ad Nymphas ductum, inque antrum introductum abluit. Quo tempore & illa, tunc primum inſpiciente Daphnide, corpus lavit candidum & iam antea nitidum ob eximium formae decus, neque lavacro opus habens ad pulchritudinem. Hinc collectis pro anni tempeſtate floribus, Nympharum coronant ſigna, Dorconiſque fiſtulam de petra conſecratam ſuſpendunt.

XVII. Poſtea regreſſi capras atque oves inſpiciebant; quae omnes iacebant, neque paſcentes, neque balan-

1 Haec verba, quae uncis inclusi, meram antecedentium, πρὸς τὰς Νύμφας ἀγαγοῦσα, gloſſam ſapiunt, eque textu eiicienda ſunt.

νεμόμενα, μήτε βληχώμενα· ἀλλ', οἶμαι, τὸν Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην ἀφανεῖς ὄντας ποθοῦντα. Ἐπειδὴ γοῦν ὀφθέντες καὶ ἐβόησαν τὸ σύνηθες, καὶ ἐσύρισαν, τὰ μὲν ἀναστάντα ἐνέμετο· αἱ δὲ αἶγες ἐσκίρτων φριμασσόμεναι, καθάπερ ἡδόμεναι σωτηρίᾳ συνήθους αἰπόλου. Οὐ μὴν ὁ Δάφνις χαίρειν ἔπεισε τὴν ψυχήν· ἰδὼν τὴν Χλόην γυμνὴν, καὶ τὸ πρότερον λανθάνον κάλλος ἐκκεκαλυμμένον, ἤλγει τὴν καρδίαν, ὡς ἐσθιομένην ὑπὸ φαρμάκων. καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ποτὲ μὲν λάβρον ἐξέπνει, καθάπερ τινὸς διώκοντος αὐτὸν, ποτὲ δὲ ἐπέλειπε καθάπερ ἐκδαπανηθὲν ἐν ταῖς προτέραις ἐπιδρομαῖς. Ἐδόκει τὸ λουτρὸν εἶναι τῆς θαλάττης φοβερώτερον. Ἐνόμιζε τὴν ψυχὴν ἔτι παρὰ τοῖς λῃσταῖς μένειν, οἷα νέος ἄγροικος καὶ ἔτι ἀγνοῶν τὸ ἔρωτος λῃστήριον.

tes, ſed, ut puto, Daphnim atque Chloën ex oculis ablatos deſiderantes. Ut vero conſpecti conſuetam edidere vocem, fiſtulamque inflarunt, illico ſurgentia pecora paſcebant, capellae autem prae gaudio fremebundae exſultabant, veluti ob noti caprarii ſalutem laetae. Non tamen Daphnis, ut gauderet, animum inducere potuit; poſtquam enim nudam vidit Chloën, atque pulchritudinem prius abſconditam, nunc detectam, ingentem corde ſentiebat dolorem, haud aliter ac ſi veneno exederetur. Ipſius ſpiritus interdum rapidus, quaſi eum perſequente aliquo, ducebatur; interdum prioribus veluti incurſionibus conſumtus deficiebat. Lavacrum hoc illi ipſo terribilius mari videbatur. Animum ſuum etiamnum apud latrones eſſe, utpote iuvenis agreſtis, latrociniique Amoris huc uſque ignarus, exiſtimabat.

ΛΟΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ
ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΚΕΦ. α'.

Ἤδη δὲ τῆς ὀπώρας ἀκμαζούσης, καὶ ἐπείγοντος τοῦ τρυγητοῦ, πᾶς ἦν κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἐν ἔργῳ· ὁ μὲν, ληνοὺς ἐπεσκεύαζεν· ὁ δὲ, πίθους ἐξεκαθαιρεν· ὁ

LONGI
PASTORALIUM
DE
DAPHNIDE ET CHLOE
LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Adulto iam autumno, inſtanteque vindemiae tempore, quilibet in agris operi intentus erat: alius torcularia reparabat, alius dolia extergebat, alius cophi-

δὲ, ἀρρίχους ἐπελύγιζεν· [1] ἔμελέ τινι δρεπάνης μικρᾶς ἐς βότρυος τομήν· καὶ ἑτέρῳ λίθου, θλίψαι τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων δυναμένου· καὶ ἄλλῳ, λύγου ξηρᾶς πληγαῖς κατεξασμένης, ὡς ἂν ὑπὸ φωτὶ νύκτωρ τὸ γλεῦκος φέροιτο. Ἀμελήσαντες οὖν καὶ ὁ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη τῶν προβάτων καὶ τῶν αἰγῶν, χειρὸς ὠφέλειαν ἀλλήλοις μετεδίδοσαν. ὁ μὲν ἐβάσταζεν ἐν ἀρρίχοις βότρυς, καὶ ἐπάτει ταῖς ληνοῖς ἐμβάλλων, καὶ εἰς τοὺς πίθους ἔφερε τὸν οἶνον. ἡ δὲ τροφὴν παρεσκεύαζε τοῖς τρυγῶσι, καὶ ἐνέχει ποτὸν αὐτοῖς πρεσβύτερον οἶνον, καὶ τῶν ἀμπέλων τὰς ταπεινοτέρας ἀπετρύγα· πᾶσα γὰρ κατὰ τὴν Λέσβον ἦν ἄμπελος ταπεινὴ, οὐ μετέωρος, οὐδὲ ἀναδενδράς· ἀλλὰ κάτω τὰ κλήματα

nos texebat. Erat qui ſibi falculam uvis praecidendis curabat: alius lapidem, qui vini plenas uvas contereret: alius viticem aridam ictibus impactis contuſam & bene dedolatam, quo ſcilicet praelucente lumine, tempore nocturno muſtum deferretur. Hinc Daphnis atque Chloë, neglectis ovibus capriſque, mutuam ſibi accommodabant operam. Daphnis nempe in corbibus portabat uvas, iniectaſque torculari calcabat, inque dolia vinum inferebat; Chloë autem cibum vindemiatoribus parabat, potumque iiſdem miſcebat vinum vetuſtius, atque ex humilioribus vitibus uvas colligebat. Omnis quippe in Lesbo vitis erat humilis, non ſublimis, neque arboribus maritata, ſed deorſum palmites protendens, atque

1 In pleriſque libris vulgatur ἐπελίχιζεν. Sed alterum, quod eſt e coniectura editoris Pariſ. probabatque Valkenaerius, tanquam verbum proprium hac in re, cum Villoiſono in textum admiſimus. Heſych. ἄῤῥιχος· κόφινος, ἢ ἀγγεῖον λύγινον. Cod. Urſ. offert ἔπλεκεν, ex interpretamento, unde forte vulgaris lectio enata eſt.

ἀποτείνουσα, καὶ ὥσπερ κιττὸς νεμομένη· καὶ παῖς ἂν ἐφίκοιτο βότρυος, ἄρτι τὰς χεῖρας ἐκ σπαργάνων λελυμένος.

β'. Οἷον οὖν εἰκὸς ἐν ἑορτῇ Διονύσου, καὶ οἴνου γενέσει, αἱ μὲν γυναῖκες ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν εἰς ἐπικουρίαν κεκλημέναι, τῷ Δάφνιδι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπέβαλλον, καὶ ἐπῄνουν ὡς ὅμοιον τῷ Διονύσῳ τὸ κάλλος· καί τις τῶν θρασυτέρων καὶ ἐφίλησε, καὶ τὸν Δάφνιν παρώξυνε, τὴν δὲ Χλόην ἐλύπησεν. Οἱ δὲ ἐν ταῖς ληνοῖς, ποικίλας φωνὰς ἔρριπτον ἐπὶ τὴν Χλόην, καὶ ὥσπερ ἐπί τινα Βάκχην Σάτυροι μανικώτερον ἐπήδων, καὶ ἠύχοντο γενέσθαι ποίμνια, καὶ ὑπ' ἐκείνης νέμεσθαι· ὥστε αὖ πάλιν ἡ μὲν ἥδετο, Δάφνις δὲ ἐλυπεῖτο. Εὔχοντο δὲ δὴ ταχέως παύσασθαι τὸν τρυγητὸν, καὶ λαβέσθαι τῶν συνήθων χωρίων, καὶ ἀντὶ τῆς ἀμούσου βοῆς, ἀκούειν σύριγγος, ἢ τῶν ποιμνίων αὐτῶν

hederae inſtar ſerpens. Et vel infans utique, cui recens manus a faſciis laxatae ſint, uvas apprehenderit.

II. Ut igitur par eſt in Bacchi feſto vinique natalibus, mulieres proximis ex agris arceſſitae, ut rem ſua opera adiuvarent, Daphnidi oculos adiiciebant, laudibuſque eum tanquam Baccho pulchritudine parem efferebant. Et quaedam ex audacioribus oſculum ipſi fixit; quae res ſicuti Daphnim inflammavit, ita ſane Chloae fuit dolori. Qui autem in calcatoriis erant, illi varias voces in Chloën iactabant, & veluti in quandam Baccham Satyri furioſe inſiliebant, optabantque oves fieri, & ab illa paſci; unde & illa viciſſim delectabatur, Daphnis autem moerebat. Porro non aliud illis in votis erat, quam ut mox, vindemia finita, conſuetos repeterent campos, proque incondito illo clamore, fiſtulam, aut ipſos balantes audirent greges. At poſtquam

βλησχωμένων. Καὶ ἐπεὶ διαγενομένων ὀλίγων ἡμερῶν, αἱ μὲν ἄμπελοι τετρύγητο, πίθοι δὲ τὸ γλεῦκος εἶχον, ἔδει δὲ οὐκ ἔτι οὐδὲν πολυχειρίας, κατήλαυνον τὰς ἀγέλας εἰς τὸ πεδίον· καὶ μάλα χαίροντες, τὰς Νύμφας προσεκύνουν, βότρυς αὐταῖς κομίζοντες ἐπὶ κλημάτων, ἀπαρχὰς τοῦ τρυγητοῦ. οὐδὲ τὸν πρότερον χρόνον ἀμελῶς ποτε παρῆλθον, ἀλλ' ἀεί τε ἀρχόμενοι νομῆς, προσήδρευον, καὶ ἐκ νομῆς ἀνιόντες, προσεκύνουν· καὶ πάντως τι ἀπέφερον, ἢ ἄνθος, ἢ ὀπώραν, ἢ φυλλάδα χλωρὰν, ἢ γάλακτος σπονδήν. καὶ τούτου μὲν ὕστερον ἀμοιβὰς ἐκομίσαντο παρὰ τῶν θεῶν. Τότε δὲ κύνες, φασὶν, ἐκ δεσμῶν λυθέντες ἐσκίρτων, ἐσύριττον, ᾖδον τοῖς τράγοις, καὶ τοῖς προβάτοις συνεπάλαιον.

γ'. Τερπομένοις δὲ αὐτοῖς, ἐφίσταται πρεσβύτης,

pauculis interiectis diebus, uvae quidem vindemiatae essent, dolia vero mustum iam recepissent, nihilque praeterea esset, quod manuum plurium operam deposceret, ibi rursus greges in campum depulerunt, atque admodum laeti Nymphas adoraverunt, racemos ipsis in palmitibus, vindemiae primitias, illis offerentes: neque vero priori tempore negligenter unquam praetergredi solebant Nymphas, sed semper, antequam in pascua greges abigerent, huic cultui incumbebant, eque pascuis redeuntes, eas adorabant, semper aliquid afferentes, sive florem, sive poma, sive ramum viridem, sive lactis libamen. Atque huius quidem pietatis gratiam postea a Deabus retulere; tunc autem quasi canes, quod aiunt, vinculis soluti, saltabundi lascivie-bant, fistula ludebant, cantabant hircis, ovibusque colluctabantur.

III. Dum sic indulgent genio, illis senex quidam rhe-

σισύραν [1] ἐνδεδυμένος, καρβατίνας ὑποδεδεμένος, πήραν ἐξηρτημένος, καὶ τὴν πήραν παλαιάν. οὗτος πλησίον καθίσας αὐτῶν, ὧδε εἶπε· „Φιλητᾶς, ὦ παῖδες, ὁ πρεσβύτης ἐγώ· ὃς πολλὰ μὲν ταῖσδε ταῖς Νύμφαις ἦσα, πολλὰ δὲ τῷ Πανὶ ἐκείνῳ ἐσύρισα, βοῶν δὲ πολλῆς ἀγέλης ἡγησάμην μόνῃ μουσικῇ. ἥκω δὲ ὑμῖν, ὅσα εἶδον, μηνύσων· ὅσα ἤκουσα, ἀπαγγελῶν. Κῆπός ἐστί μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν· ὃν, ἐξ οὗ νέμειν διὰ γῆρας ἐπαυσάμεν, ἐξεπονησάμην· ὅσα ὧραι φέρουσι, πάντα ἔχων ἐν αὐτῷ καθ' ὥραν ἑκάστην. Ἦρος, ῥόδα, κρίνα, καὶ ὑάκινθος, καὶ ἴα ἀμφότερα· θέρους, μήκωνες, καὶ ἀχράδες, καὶ μῆλα πάντα· νῦν, ἄμπελοι, καὶ συκαὶ, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μύρτα χλωρά. Εἰς τοῦτον τὸν κῆπον ὀρνίθων ἀγέλαι συνέρχονται τὸ

none indutus, carbatinis calceatus, peram gerens appenſam, eamque admodum vetuſtam, ſupervenit; qui iuxta illos conſidens, hunc in modum fatur: Ego ſum, o pueri, ſenex ille Philetas, qui ſaepius in harumce Nympharum honorem cecini, frequenterque in huiuſce Panis laudem fiſtula ſum modulatus, & ſolo canendi artificio magna boum armenta duxi. Venio autem, quae vidi, vobis indicaturus, quaeque audivi, annuntiaturus. Eſt mihi hortus, quem ego ſedulo, ex quo paſcere armenta ob ſenectutem deſtiti, meis ipſe manibus excolui: quaecunque anni tempora ferunt, ea omnia in illo inveniens unoquoque tempore; vere, roſas, hyacinthos, & utraſque violas; aeſtate, papavera, pyra agreſtia, pomorumque omne genus; hoc autem autumnali tempore, vites, ficos, malaque punica, & virides myrtos. Hunc in hortum tempore conveniunt matutino avium

1 Vulgo σισύρας. Sed σισύραν recte emendavit Toup. Em. in Suid. P. III, p. 132. De voce conf. Valken. Animadv. ad Ammon. p. 205.

ἑωθινόν· τῶν μὲν ἐς τροφὴν, τῶν δὲ ἐς ᾠδήν· συνηρεφὴς γὰρ καὶ κατάσκιος, καὶ πηγαῖς τρισὶ κατάρρυτος· ἂν περιέλῃ τις τὴν αἱμασιὰν, ἄλσος ὁρᾶν οἰήσεται. Εἰσελθόντι δέ μοι τήμερον ἀμφὶ μέσην ἡμέραν, ὑπὸ ταῖς ῥοιαῖς καὶ ταῖς μυρρίναις βλέπεται παῖς, μύρτα καὶ ῥοιὰς ἔχων, λευκὸς ὥσπερ γάλα, καὶ ξανθὸς ὡς πῦρ· στιλπνὸς ὡς ἄρτι λελουμένος· γυμνὸς ἦν· μόνος ἦν· ἔπαιζεν ὡς ἴδιον κῆπον τρυγῶν. Ἐγὼ μὲν οὖν ὥρμησα ἐπ' αὐτὸν ὡς συλληψόμενος, δείσας μὴ ὑπ' ἀγερωχίας τὰς μυρρίνας καὶ τὰς ῥοιὰς κατακλάσῃ. Ὁ δέ με κούφως καὶ ῥᾳδίως ὑπέφευγε, ποτὲ μὲν ταῖς ῥοδωνιαῖς ὑποτρέχων, ποτὲ δὲ ταῖς μήκωσιν ὑποκρυπτόμενος, ὥσπερ πέρδικος νεοττός. Καίτοι πολλάκις μὲν πρᾶγμα ἔσχον ἐρίφους γαλαθηνοὺς διώκων· πολλάκις δὲ ἔκαμον μεταθέων μόσχους ἀρτιγεννήτους· ἀλλὰ τοῦ-

greges: aliae quidem, ad paſtum, aliae vero, ad canendum. Etenim umbroſus eſt & opacus, tribuſque irriguus fontibus. Si circum aliquis maceriam ſuſtulerit, lucum videre ſe putabit. Ingredienti mihi hodierno die circa meridiem, ſub malis punicis myrtiſque conſpicitur puellus, manu tenens myrti baccas, malaque punica, lac ipſum ſuo candore, flava coma ignem referens, nitiduſque, quaſi qui modo lotus eſſet. Hic nudus ſoluſque erat, & ludibundus hortum, haud ſecus ac ſuum, vindemiabat. Hac de cauſa irrui in eum, comprehendere volens: metuebam enim, ne hac protervia myrtos maloſque punicas mihi confringeret. At ille leviter & ſine ullo negotio me effugit, nunc ſubeundo roſaria, nunc ſeſe ſub papaveribus occultando, inſtar perdicis pulli. Sane ſaepiuſcule laboravi, haedos lactentes ſectando: ſaepiuſcule etiam defeſſus fui, curſu vitulos recens natos inſequendo: ſed hoc varium quid erat,

το ποικίλον τι χρῆμα ἦν καὶ ἀθήρατον. Καμὼν οὖν, ὡς γέρων, καὶ ἐπερεισάμενος τῇ βακτηρίᾳ, καὶ ἅμα φυλάττων, μὴ φύγῃ, ἐπυνθανόμην, τίνος ἐστὶ τῶν γειτόνων· καὶ τί βουλόμενος ἀλλότριον κῆπον τρυγᾷ; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν· στὰς δὲ πλησίον ἐγέλα πάνυ ἁπαλὸν, καὶ ἔβαλλέ με τοῖς μύρτοις, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἔθελγε μηκέτι θυμοῦσθαι. Ἐδεόμην οὖν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, μηδὲν φοβούμενον ἔτι, καὶ ὤμνυον κατὰ τῶν μύρτων ἀφήσειν, ἐπιδοὺς μήλων καὶ ῥοιῶν, παρέξειν τε ἀεὶ τρυγᾶν τὰ φυτὰ καὶ δρέπειν τὰ ἄνθη, τυχὼν παρὰ αὐτοῦ φιλήματος ἑνός. Ἐνταῦθα πάνυ καπυρὸν γελάσας, ἀφίησι φωνὴν, οἵαν οὔτε χελιδὼν, οὔτε ἀηδὼν, οὔτε κύκνος ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. Ἐμοὶ μὲν, ὦ Φιλητᾶ, φιλῆσαί σε πόνος [1] οὐδείς· βούλομαι γὰρ φιλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ σὺ γενέσθαι

& quod capi non poſſet. Defeſſus igitur, utpote aetate gravis, baculoque innixus, & ſimul cavens, ne elaberetur, cuiuſnam eſſet e vicinis, & quidnam ſibi vellet alienum hortum decerpendo, quaerebam. Ille nihil; ſed prope adſtans molliter ridebat, & me myrti haccis petens, neſcio quomodo permulcebat, ut omnes adeo iras ponerem. Rogabam itaque illum, ut, omiſſo iam metu, propius accederet, & in manus meas veniret, iurans per myrtos, & inſuper per mala atque granata, me ſemper ei vindemiandas vites floreſque decerpendos praebiturum, uno dumtaxat potitum oſculo. Hic in cachinnos effuſus emittit vocem, qualem neque hirundo, neque luſcinia, neque cycnus, ut ego, ſenex factus. Mihi quidem, ait, Phileta, tibi oſculum largiri nulla eſt moleſtia; malo etenim oſculari, quam tu iuveneſcere. At

1 Elegans eſt coniectura Wyttenb. pro πόνος reponentis φθόνος.

νέος· ὅρα δὲ, εἴ σοι καθ' ἡλικίαν τὸ δῶρον. οὐδὲν γάρ σε ὠφελήσει τὸ γῆρας, πρὸς τὸ μὴ διώκειν ἐμὲ μετὰ τὸ ἓν φίλημα. Δυσθήρατος ἐγὼ καὶ ἱέρακι καὶ ἀετῷ, καὶ εἴ τις ἄλλος τούτων ὠκύτερος ὄρνις. Οὔτοι παῖς ἐγὼ, καὶ εἰ δοκῶ παῖς, ἀλλὰ τοῦ Κρόνου πρεσβύτερος, καὶ αὐτοῦ τοῦ παντὸς χρόνου. καί σε οἶδα νέμοντα πρωθήβην ἐν ἐκείνῳ τῷ ἕλει τὸ πλατὺ βουκόλιον· καὶ παρήμην σοι συρίττοντι πρὸς ταῖς φηγοῖς ἐκείναις, ἡνίκα ἤρας Ἀμαρυλλίδος, ἀλλά με οὐχ ἑώρας, καίτοι πλησίον μάλα τῇ κόρῃ παρεστῶτα. σοὶ μὲν οὖν ἐκείνην ἔδωκα· καὶ ἤδη σοι παῖδες ἀγαθοὶ βουκόλοι καὶ γεωργοί. Νῦν δὲ Δάφνιν ποιμαίνω καὶ Χλόην· καὶ ἡνίκα ἂν αὐτοὺς εἰς ἓν συνάγω τὸ ἑωθινὸν, εἰς τὸν σὸν ἔρχομαι κῆπον, καὶ τέρπομαι τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ ταῖς πηγαῖς ταύταις λούομαι. διὰ τοῦτο καλὰ

vide, num hoc munus tuae conveniat aetati: nihil enim tua tibi proderit aetas, quo minus tu me, poſtquam unicum oſculum acceperis, perſequi incipias. Ego vero non queo capi, ne quidem ſi accipiter, vel aquila, vel alia his pernicior ales me inſequatur. Puer non ſum, quamvis videar; ſed ipſo Saturno & quovis omni tempore antiquior. Ac noram te iam, cum primos pubertatis annos nondum egreſſus in illo paluſtri loco late diffuſum paſceres armentum; aderamque tibi fiſtula canenti prope fagos illas, quando Amaryllida amabas: at me nullus videbas, quamvis puellae adſtantem prope admodum. Illam quidem tibi dedi; & hinc tibi filii egregii bubulci & agricolae. Nunc autem Daphnidis & Chloës tanquam paſtor curam ago; illoſque quando quaſi greges in unum compellere atque coniungere tempore matutino ſoleo, in tuum venio hortum, meque floribus plantiſque oblecto, fontibuſque in hiſce lavor.

καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ φυτὰ, τοῖς ἐμοῖς λουτροῖς ἀρδόμενα. ὅρα δὲ μή τί σοι τῶν φυτῶν κατακέκλασται, μή τις ὀπώρα τετρύγηται, μή τις ἄνθους ῥίζα πεπάτηται, μή τις πηγὴ τετάραχται. Καὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων ἐν γήρᾳ θεασάμενος τοῦτο τὸ παιδίον. Ταῦτα εἰπὼν, ἀνήλατο καθάπερ ἀηδόνος νεοττὸς ἐπὶ τὰς μυρρίνας, καὶ κλάδου ἀμείβων ἐκ κλάδου, διὰ τῶν φύλλων ἀνεῖρπεν εἰς ἄκρον. Εἶδον αὐτοῦ καὶ πτέρυγας ἐκ τῶν ὤμων, καὶ τοξάρια μεταξὺ πτερύγων καὶ τῶν ὤμων· καὶ οὐκέτι εἶδον οὔτε ταῦτα, οὔτε αὐτόν. Εἰ δὲ μὴ μάτην ταύτας τὰς πολιὰς ἔφυσα, μηδὲ γηράσας ματαιοτέρας τὰς φρένας ἐκτησάμην, Ἔρωτι, ὦ παῖδες, κατέσπεισθε, καὶ Ἔρωτι ὑμῶν μέλει. „

δ'. Πάνυ ἐτέρφθησαν, ὥσπερ μῦθον, οὐ λόγον, ἀκούοντες, καὶ ἐπυνθάνοντο, τί ἐστί ποτε ὁ Ἔρως,

Ob hoc flores illi plantaeque ſunt venuſtae, utpote meis lavacris irrigatae. Vide autem, num tibi aliqua ſtirps ſit conſracta, num fructus aliquis decerptus, num quae floſculi radix conculcata, num quis fons perturbatus ſit; ac toto laetare pectore, qui ſolus mortalium in ſenectute hunc puerulum vidiſti. Hiſce dictis, tanquam luſciniae pullus, myrtos inſiluit, & de ramo in ramum tranſiliens, per frondes ereptavit in ſummum cacumen. Vidi ipſius tum alas ex humeris dependulas, tum arculos inter alas & humeros iacentes; at deinde non vidi illa, neque illum amplius. Ac niſi fruſtra hoſce produxi canos, atque ſeneſcens vaniorem & minus ſanam mentem nactus fuerim, Amori, o pueri, conſecrati atque dicati eſtis, & Amor veſtri curam gerit.

IV. Maiorem in modum delectati ſunt, veluti fabulam, non ſermonem verum audientes, quaeſiveruntque

πότερα, παῖς, ἢ ὄρνις, καὶ τί δύναται; Πάλιν οὖν ὁ Φιλητᾶς ἔφη· „Θεός ἐστιν, ὦ παῖδες, ὁ Ἔρως· νέος, καὶ καλὸς, καὶ πετόμενος· διὰ τοῦτο καὶ νεότητι χαίρει, κάλλος διώκει, καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ. Δύναται δὲ τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ὁ Ζεύς. κρατεῖ μὲν στοιχείων· κρατεῖ δὲ ἄστρων· κρατεῖ δὲ τῶν ὁμοίων θεῶν· οὐδὲ ὑμεῖς τοσοῦτον τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων. Τὰ ἄνθη πάντα Ἔρωτος ἔργα· τὰ φυτὰ ταῦτα τούτου ποιήματα· διὰ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσι, καὶ ἄνεμοι πνέουσιν. Ἔγνων δὲ ἐγὼ καὶ ταῦρον ἐρασθέντα, καὶ ὡς οἴστρῳ πληγεὶς ἐμυκᾶτο· καὶ τράγον Φιλήσαντα αἶγα, καὶ ἠκολούθει παντα χοῦ. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἤμην νέος, καὶ ἠράσθην Ἀμαρυλλίδος· καὶ οὔτε τροφῆς ἐμεμνήμην, οὔτε ποτὸν προσεφερόμην, οὔτε ὕπνον ἠρούμην. Ἤλγουν τὴν ψυχήν· τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην· τὸ σῶ-

quidnam tandem esset Amor, utrum puer, an avis, & quidnam posset? Iterum ad haec Philetas: Deus est, o pueri, Amor, iuvenis, formosus, idemque volaticus. Idcirco & iuventute gaudet, pulchritudinem sectatur, & animis alas addit. Potentia eius tanta, quanta ne Iovis quidem. Imperat elementis, imperat astris, inque Deos sibi pares imperium obtinet: neque vos tantum imperii in capras oveſque habetis. Omnes flores Amoris sunt opera; istae plantae ipsius sunt factura. Per hunc & fluvii fluunt, & venti spirant. Ego vidi taurum amore correptum, & veluti oestro percitus mugiebat: vidi etiam hircum, qui amabat capellam, & illam ubique insequebatur. Egomet ipse iuvenis fui, & amavi Amaryllida; & ne de cibo quidem cogitabam, nec potum ori admovere, neque somnum capere curabam. Animo dolebam, corde contremiscebam, frigo-

μα ἐψυχόμην· ἐβόων ὡς παιόμενος· ἐσιώπων ὡς νεκρούμενος· εἰς ποταμοὺς ἐνέβαινον ὡς καιόμενος· ἐκάλουν τὸν Πᾶνα βοηθὸν, ὡς καὶ αὐτὸν τῆς Πίτυος ἐρασθέντα· ἐπήνουν τὴν Ἠχὼ, τὸ Ἀμαρυλλίδος ὄνομα μετ' ἐμὲ καλοῦσαν· κατέκλων τὰς σύριγγας, ὅτι μοι τὰς μὲν βοῦς ἔθελγον, Ἀμαρυλλίδα δὲ οὐκ ἦγον. Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον· ὅτι μὴ φίλημα καὶ περιβολὴ, καὶ συγκατακλιθῆναι γυμνοῖς σώμασι. »

ε'. Φιλητᾶς μέντοι ταῦτα παιδεύσας αὐτοὺς, ἀπαλλάττεται, τυρούς τινας παρ' αὐτῶν καὶ ἔριφον ἤδη κεράστην λαβών. Οἱ δὲ μόνοι καταλειφθέντες, καὶ τότε πρῶτον ἀκούσαντες τὸ Ἔρωτος ὄνομα, τάς τε ψυχὰς συνεστάλησαν ὑπὸ λύπης, [1] καὶ ἐπανελθόντες

re corpus horrebat: vociferabar, non ſecus ac ſi vapularem: tacebam, veluti emortuus: fluviis me immergebam, quaſi igne flagrarem: implorabam Panis auxilium, utpote qui ipſe quoque Pinus amore captus fuiſſet: laudabam Echo, quod Amaryllidis nomen mecum una ingeminaret: calamos confringebam, quod boves quidem mihi demulcerent, non tamen Amaryllida pellicere poſſent. Nulla enim amoris eſt medicina, nec cibus, nec potus, nec carmen ullum, praeterquam oſculum, amplexus, & nudorum corporum concubitus.

V. Philetas quidem, poſtquam ipſos tali modo inſtituit, caſeis quibuſdam & haedo iam cornigero ab illis acceptis, diſceſſit. Illi vero ſoli relicti, & tunc primum audito Amoris nomine, moeſtitia veluti contracti ſunt,

1 Ita e coniectura Molli cum Villoiſono reſcribendum duximus. Vulgatur: ὑπὸ λύττης, quae, etſi in amantes cadat, huius tamen loci non eſt. Nam & verbum συνεστάλησαν unice τῇ λύπῃ convenit, & paulo inferius Longus ait: εἰ τοῦτο μέν ἐστιν ὁ ἔρως, τί οὖν ταῦτα ἀλγοῦμεν;

νύκτωρ εἰς τὰς ἐπαύλεις, παρέβαλλον οἷς ἤκουσαν τὰ αὐτῶν. Ἀλγοῦσιν οἱ ἐρῶντες· καὶ ἡμεῖς. Ἀμελοῦσιν· ἴσως καὶ ἡμεῖς ἠμελήκαμεν. Καθεύδειν οὐ δύνανται· τοῦτο μὲν καὶ νῦν πάσχομεν ἡμεῖς. Καίεσθαι δοκοῦσι· καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πῦρ. Ἐπιθυμοῦσιν ἀλλήλους ὁρᾶν· διὰ τοῦτο θᾶττον εὐχόμεθα γενέσθαι τὴν ἡμέραν. Σχεδὸν τοῦτό ἐστιν ὁ ἔρως· καὶ ἐρῶμεν ἀλλήλων οὐκ εἰδότες. Εἰ τοῦτο μέν ἐστιν [1] ὁ ἔρως, ἐγὼ δὲ ὁ ἐρώμενος, τί οὖν ταῦτα ἀλγοῦμεν; τί δὲ ἀλλήλους ζητοῦμεν; ἀληθῆ πάντα εἶπεν ὁ Φιλητᾶς. Τὸ ἐκ τοῦ κήπου παιδίον ὤφθη καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ὄναρ ἐκεῖνο, καὶ νέμειν ἡμᾶς τὰς ἀγέλας ἐκέλευσε. Πῶς ἄν τις αὐτὸ λάβοι; μικρόν ἐστι, καὶ φεύξεται. Καὶ πῶς ἄν τις αὐτὸ φύγοι; πτερὰ ἔχει καὶ καταλήψεται. Ἐπὶ τὰς

& noctu caſas repetentes, quae ipſi in ſe experiebantur cum illis comparabant, quae audiverant. Dolent amantes: etiam nos dolemus. Rerum ſuarum minus ſatagunt: & nos quoque eas neglectui habemus. Dormire nequeunt: nec nos quoque. Uri videntur: & intra nos ignis ardet. Mutuum exoptant adſpectum: & eam ob cauſam nos citius oriri diem cupimus. Forſan hoc ipſum amor eſt, & imprudentes ac neſcii mutuo tenemur amore. Enimvero niſi hoc eſſet amor, & niſi ego eſſem amaſius, cur tandem ſic doleremus, cur alter alterum quaereremus? Omnia vera nobis dixit Philetas. Ille ex horto puellus viſus eſt quoque parentibus noſtris in illis olim ſomniis, & paſcere nos greges iuſſit. Sed quo pacto quis illum capere poterit? Puſillus eſt, & fugiet. Et qua quis ratione illum effugerit? Alas habet, & nos aſſequetur. Ad Nymphas

1 Villoiſonus acute legendum ἔρως, idque verſione ſua expreſſit, quam vide. coniecit: εἰ τοῦτο μή ἐστιν ὁ

Νύμφας δεῖ βοηθοὺς καταφυγεῖν· ἀλλ' οὐδὲ Φιλητᾶν ὁ Πὰν ὠφέλησεν Ἀμαρυλλίδος ἐρῶντα. Ὅσα εἶπεν ἄρα φάρμακα, ταῦτα ζητητέα· φίλημα, καὶ περιπλοκὴν, καὶ κεῖσθαι γυμνοὺς χαμαί. κρύος μὲν, ἀλλὰ καρτερήσομεν [1] δεύτερον μετὰ Φιλητᾶν.

στ'. Τοῦτο αὐτοῖς γίνεται νυκτερινὸν παιδευτήριον. καὶ ἀγαγόντες τῆς ἐπιούσης ἡμέρας τὰς ἀγέλας εἰς νομὴν, ἐφίλησαν μὲν ἀλλήλους ἰδόντες, ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν, καὶ περιέβαλον τὰς χεῖρας ἐπαλλάξαντες. Τὸ δὲ τρίτον ὤκνουν φάρμακον, ἀποδυθέντες κατακλιθῆναι· θρασύτερον γὰρ οὐ μόνον παρθένων, ἀλλὰ καὶ νέων αἰπόλων. Πάλιν οὖν ἀγρυπνία ἔχουσα καὶ ἔννοιαν τῶν γεγενημένων, καὶ κατάμεμψιν [2] τῶν

oportebit patronas confugere? at nihil quidquam Pan profuit Philetae Amaryllida amanti. Sunt igitur quaerenda nobis illa, quae dixit, remedia; nempe oſculum, complexus, nuduſque humi concubitus. Frigus quidem eſt intenſum; ceterum hoc Philetae exemplo ſuſtinebimus.

VI. Hic illis fuit quaſi nocturnus ludus. Imminente vero die, gregibus in paſcua eductis, ut in conſpectum venerunt, mutua dedere oſcula, &, quod nunquam hactenus fecerant, manibus alternis amplexus iunxere. Tertium autem illud remedium, ſcilicet exutis veſtibus concumbere, adhibere non audebant: calidum namque nimis hoc facinus, quam ut in virgines, vel etiam in iuvenes caprarios caderet. Iterum igitur inſomnes traducebant noctes cum recordatione eorum, quae feciſſent,

1 Καρτερήσομεν eſt e praeclara Dan. Heinſii coniectura, quam in textum admittere non dubitavi. Codd. & edd. offerunt μαρτυρήσομεν, quod fruſtra explicandum tibi ſumas.

2 Ita Iungerm. h. l. correxit, ſenſu hoc iubente; probavitque Hemſterh. ad Lucian. T. I, p. 7. Vulgo κατάμεμψις, abſque καὶ quod, hic omiſſum, male intruſum puta ante ἐφιλήσαμεν.

παραλελειμμένων· καὶ ἐφιλήσαμεν, καὶ οὐδὲν ὄφελος· περιεβάλομεν, καὶ οὐδὲν πλέον σχεδόν.[1] Τὸ οὖν καταχλιβῆναι, μόνον Φάρμακον ἔρωτος· πειρατέον καὶ τούτου· πάντως ἐν αὐτῷ τι κρεῖττον ἔσται φιλήματος. Ἐπὶ τούτοις τοῖς λογισμοῖς οἷον εἰκὸς καὶ ὀνείρατα ἑώρων ἐρωτικά· τὰ φιλήματα, τὰς περιβολάς· καὶ ὅσα δὲ μεθ' ἡμέραν οὐκ ἔπραξαν, ταῦτα ὄναρ ἔπραξαν· γυμνοὶ μετ' ἀλλήλων ἔκειντο.

ζ'. Ἐνθεώτεροι δὲ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνέστησαν, καὶ ῥοίζῳ τὰς ἀγέλας κατήλαυνον, ἐπειγόμενοι κατὰ τὰ φιλήματα· καὶ ἰδόντες ἀλλήλους, ἅμα μειδιάματι κατέδραμον. Τὰ μὲν οὖν φιλήματα ἐγένετο, καὶ ἡ περιβολὴ τῶν χειρῶν ἠκολούθησε· τὸ δὲ τρίτον Φάρμακον ἐβράδυνε, μήτε τοῦ Δάφνιδος τολμῶν-

& querela ac desiderio eorum, quae non fecissent. Oscula mutua dedimus; sed nihil profuit. In mutuos amplexus ruimus; nec quidquam amplius profecimus. Concubitus igitur solum erit amoris remedium. Illud itaque tentandum: omnino in eo quidquam inerit osculo efficacius. Illis talia mente agitantibus somnia, ut par est, amatoria obversabantur, videlicet oscula, amplexus; & quae per diem non patraverant, haec per somnum perpetrabant; nudi nempe iacebant.

VII. Tanquam vero numine aliquo vehementiore adflati, die insequenti surrexerunt, & cum impetu suos greges egerunt, ad oscula festinantes; seseque invicem conspicati, risu cum blando sibi mutuo occurrerunt. Interceserunt igitur oscula nonnulla, amplexibus insecutis: ceterum tertium illud cessabat remedium, quod neque Daphnis illius mentionem facere auderet, neque

[1] Male claudit τὸ σχεδόν· hinc cum sqq. iungi vult Wyttenb. sic: σχεδόν τε οὖν κ. Villois. vero σχεδὸν οὖν τὸ κ.

τος εἰπεῖν, μήτε τῆς Χλόης βουλομένης κατάρχεσθαι, ἔς τε τύχη καὶ τοῦτο ἔπραξαν. Καθέζοντο ἐπὶ στελέχους δρυὸς, πλησίον ἀλλήλων· καὶ γευσάμενοι τῆς ἐν ϛιλήματι τέρψεως, ἀπλήστως ἐνεθοροῦντο τῆς ἡδονῆς. Ἦσαν δὲ καὶ χειρῶν περιβολαὶ, θλίψιν τοῖς σώμασι[1] παρέχουσαι. Κατὰ τὴν τῶν χειρῶν περιβολὴν βιαιότερον δὴ τοῦ Δάφνιδος ἐπισπασαμένου, κλίνεταί πως ἐπὶ πλευρὰν ἡ Χλόη, κἀκεῖνος δὲ συγκατακλίνεται τῷ ϛιλήματι ἀκολουθῶν. καὶ γνωρίσαντες τῶν ὀνείρων τὴν εἰκόνα, κατέκειντο πολὺν χρόνον ὥσπερ συνδεδεμένοι. Εἰδότες δὲ τῶν ἐντεῦθεν οὐδὲν, καὶ νομίσαντες τοῦτο εἶναι πέρας ἀπολαύσεως ἐρωτικῆς, μάτην τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας δαπανήσαντες, διελύθησαν, καὶ τὰς ἀγέλας ἀπήλαυνον, τὴν νύκτα μισοῦντες. Ἴσως

Chloë ſane initium dare rei vellet, donec forte fortuna & hoc ipſum feciſſent. Quercus trunco inſidebant, alter prope alterum; atque guſtata, quae eſt in oſculo, dulcedine, expleri voluptate nequibant, oriebaturque ſimul brachiorum mutua lucta, quae corporum compreſſionem arctiorem efficiebat. Interea dum Daphnis violentius inter amplexus illam attraheret, in latus utcunque ſeſe rec'inat Chloë, illeque ſuper, ſuavium ſubſequens, inclinatus recumbit. Agnoſcentes igitur ſomniorum hanc ipſam imaginem, longo tempore quaſi inter ſe conſtricti iacuerunt. Ceterum ignari, quae poſt illa agere deberent, & arbitrati, hunc eſſe fruitionis amatoriae finem, plurima diei parte nequidquam ita conſumta, rurſus ſunt disiuncti, & greges compulerunt, noctem exoſi. Fortaſſe autem non inſecta re digreſſi

1 Vulgo στόμασι, quod quidem eum θλίψιν convenit; non vero cum antec. χειρῶν περιβολαὶ· hinc eleganter Wyttenbach. corr. σώμασι.

δὲ καὶ τῶν ἀληθῶν τι ἔπραξαν, εἰ μὴ θόρυβος τοιόσδε πᾶσαν τὴν ἀγροικίαν ἐκείνην κατέλαβε.

η'. Νέοι Μηθυμναῖοι πλούσιοι διαθέσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες, ναῦν μικρὰν καθελκύσαντες, καὶ οἰκέτας προσκώπους καθίσαντες, τοὺς Μιτυληναίων ἀγροὺς περιέπλεον, ὅσοι θαλάττης πλησίον. Εὐλίμενός τε γὰρ ἡ παραλία, καὶ οἰκήσεσιν ἠσκημένη πολυτελῶς, καὶ λουτρὰ συνεχῆ, παράδεισοί τε καὶ ἄλση· τὰ μὲν φύσεως ἔργα, τὰ δὲ ἀνθρώπων τέχνης· [1] πάντα ἐνοικῆσαι καλά. Καταπλέοντες δὲ καὶ ἐνορμιζόμενοι, κακὸν μὲν ἐποίουν οὐδέν· τέρψεις δὲ ποικίλας ἐτέρπαντο· ποτὲ μὲν ἀγκίστροις καλάμων ἀπηρτημένοις ἐκ λίνου λεπτοῦ, πετραίους ἰχθῦς ἁλιεύοντες ἐκ πέτρας ἁλιτενοῦς· ποτὲ δὲ κυσὶ καὶ δικτύοις λα-

fuiſſent, niſi quidam huiuſcemodi tumultus totum illum agrum occupaſſet.

VIII. Quidam iuvenes Methymnaei opibus pollentes, vindemiam hilare peregrino in ſolo facere volentes, navicula in mare deducta, ſerviſque domeſticis remigum vice impoſitis, Mitylenaeorum agros, qui iuxta mare erant ſiti, legebant. Eſt enim ora illa maritima portubus opportuna, atque magnifice domiciliis inſtructa, nec non lavacris frequentibus adornata. Nec non & horti atque luci, partim opera naturae, partim humana elaborati induſtria: cuncta habitatu egregia. Nave igitur appulſa & in ſtationem ſubducta, nihil perpetrabant mali, ſed variis ſemet oblectabant modis: nunc hamis ab arundine ſuſpenſis linea tenui, piſces ſaxatiles de petra in pelagus prominente captantes; nunc canibus retibuſ-

1 Edd. & MSS. τίχαι. Sed τίχης legi oportere vidit iam Valkenar. ad Eurip. Hippol. 282. Idem mox pro ἐνοικῆσαι legendum ſtatuebat ἐνηβῆσαι, h. e. *cuncta opportuna voluptati iuvenili.*

γωοὺς, Φεύγοντας τὸν ἐν ταῖς ἀμπέλοις θόρυβον, λαμβάνοντες. Ἤδη δὲ καὶ ὀρνίθων ἄγρας ἐμέλησεν αὐτοῖς, καὶ ἔλαβον βρόχοις χῆνας ἀγρίους καὶ νήττας καὶ ὠτίδας· ὥστε καὶ ἡ τέρψις αὐτοῖς καὶ τραπέζης ὠφέλειαν παρεῖχεν. εἰ δέ τινος προσέδει, παρὰ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐλάμβανον, περιττοτέρους τῆς ἀξίας ὀβολοὺς καταβάλλοντες. Ἔδει δὲ μόνου ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ στέγης. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς ἐδόκει, μετοπωρινῆς ὥρας ἐνεστώσης, ἐνθαλαττεύειν· ὥστε καὶ τὴν ναῦν ἀνείλκυσαν ἐπὶ τὴν γῆν, νύκτα χειμέριον δεδοικότες. Τῶν δή τις ἀγροίκων, εἰς ἀνολκὴν λίθου θλίβοντος τὰ πατηθέντα βοτρύδια χρῄζων σχοίνου, τῆς πρότερον ῥαγείσης, κρυφὰ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐλθὼν, ἀφουρήτῳ τῇ νηὶ προσελθὼν, τὸ πεῖσμα ἐκλύσας, οἴκαδε κομίσας, ἐς ὅ, τι ἔχρηζεν, ἐχρήσατο.

que lepores, qui ſtrepitum in vineis laborantium fugitabant, venantes: iam vero & aucupio vacantes, laqueis poſitis feros anſeres, anates & aves tardas capiebant; adeo ut & haec oblectatio ipſis menſam quoque non inutiliter inſtrueret. Si qua re inſuper opus haberent, ab iis, qui in agris degebant, accipientes, ultra iuſtum pretium nummos ſolvebant. Pane dumtaxat, vino atque tecto indigebant; haudquaquam enim periculi expers videbatur, vergentis iam autumni tempeſtate, in mari pernoctare: itaque & navem ipſam in terram ſubduxerunt, metu noctis tempeſtuoſae. Agreſtium porro unus, reſtis indigus, cuius ope lapis, qui calcatos acinos contunderet, tolli in altum poſſet, ea, quam ante habuerat, rupta, clandeſtino ad mare tetenderat, & ad navem, quam nemo cuſtodiebat, acceſſerat, atque funem, quo ea religabatur, exſolverat, eoque domum abſportato, ad quod volebat, uſus fuerat.

Θ'. Ἑωθεν οὖν οἱ Μηθυμναῖοι νεανίσκοι ζήτησιν ἐποιοῦντο τοῦ πείσματος, καὶ (ὡμολόγει γὰρ οὐδεὶς τὴν κλοπὴν) ὀλίγα μεμψάμενοι [1] τοὺς ξενοδόκους, [2] παρέπλεον· καὶ στάδια τριάκοντα παρελάσαντες, προσορμίζονται τοῖς ἀγροῖς, ἐν οἷς ὤκουν ἡ Χλόη καὶ ὁ Δάφνις· ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς καλὸν εἶναι τὸ πεδίον ἐς θήραν λαγωῶν. σχοῖνον μὲν οὖν οὐκ εἶχον ὥστε ἐκδήσασθαι πεῖσμα· λύγον δὲ χλωρὰν μακρὰν στρέψαντες ὡς σχοῖνον, ταύτῃ τὴν ναῦν ἐκ τῆς πρύμνης ἄκρας εἰς τὴν γῆν ἔδησαν. Ἔπειτα τοὺς κύνας ἀφέντες ῥιγηλατεῖν ἐν ταῖς εὐκαίροις φαινομέναις τῶν ὁδῶν ἐλινοστάτουν. Οἱ μὲν δὴ κύνες ἅμα ὑλακῇ διαθέοντες, ἐφόβησαν τὰς αἶγας· αἱ δὲ τὰ ὀρεινὰ καταλιποῦσαι, μᾶλλόν τι πρὸς τὴν θάλατταν ὥρμησαν. Ἔχουσαι δὲ οὐδὲν ἐν ψάμμῳ τρώξιμον, ἐλθοῦσαι πρὸς τὴν ναῦν

IX. Mane igitur facto, Methymnaea iuventus de fune inquirere coepit; &, quoniam furtum confitebatur nemo, paucis de hoſpitum iniuria conqueſti, inde ſolventes nave diſceſſerunt. Atque ſtadia triginta profecti, ad agros, in quibus Chloë & Daphnis degebant, appulerunt. Hoc quippe ſolum aptum illis leporum venatui videbatur. Reſte itaque deſtituti, qua pro rudente uti potuiſſent, vimine longo & virenti, haud ſecus ac fune contorto, navem ſumma de puppi ad terram religarunt. Deinde canibus ad feras indagandas dimiſſis, in viis maxime opportunis ſibi viſis caſſes tendebant. Canes proinde cum latratu diſcurrentes, capras terruere; quae ideo montanis relictis magis verſus mare ſe proripuere. Cumque in arena, quod ederent, non haberent, au-

1 Sic praeclare corr. Iungerm. cum antea legeretur *μεμφόμενοι*.
2 *Ξενοδόκους* reſcripſi cum Villoiſ. quae eſt forma Attica. Vide Thom. Magiſt. p. 640. Moerim p. 271.

αἱ θρασύτεραι αὐτῶν, τὴν λύγον τὴν χλωρὰν, ᾗ δέδετο ἡ ναῦς, ἀπέφαγον. Ἦν δέ τι καὶ κλυδώνιον ἐν τῇ θαλάττῃ, κινηθέντος ἀπὸ τῶν ὀρῶν πνεύματος. ταχὺ δὴ μάλα λυθεῖσαν αὐτὴν ὑπήνεγκεν ἡ παλίῤῥοια τοῦ κύματος, καὶ ἐς τὸ πέλαγος μετέωρον ἔφερεν. Αἰσθήσεως δὴ τοῖς Μηθυμναίοις γενομένης, οἱ μὲν ἐπὶ θάλατταν ἔθεον, οἱ δὲ τοὺς κύνας συνέλεγον· ἐβόων δὲ πάντες, ὡς πάντας τοὺς ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν ἀκούσαντας συνελθεῖν. ἀλλ' ἦν οὐδὲν ὄφελος· τοῦ γὰρ πνεύματος ἀκμάζοντος, ἀσχέτῳ τάχει κατὰ ῥοῦν ἡ ναῦς ἐφέρετο. Οἱ δ' οὖν οὐκ ὀλίγων κτημάτων Μηθυμναῖοι στερόμενοι, ἐζήτουν τὸν νέμοντα τὰς αἶγας· καὶ εὑρόντες τὸν Δάφνιν ἔπαιον, ἀπέδυον. εἷς δέ τις καὶ κυνόδεσμον ἁράμενος περιῆγε τὰς χεῖρας, ὡς δήσων. Ὁ δὲ ἐβόα τε παιόμενος, καὶ ἱκέτευε τοὺς ἀγροίκους, καὶ

daciores quaedam harum ad navem progreſſae, virens vimen, quo religata erat navis, morſu avulſerunt. Eodem autem temporis momento, etiam aeſtu quodam mare fervere coeperat, commoto de montibus vento; unde fluctuum reciprocatio quam celeriter navem ſolutam avehebat, inque altum provectam auferebat. Quod cum ſenſiſſent Methymnaei, alii ad mare accurrere, alii canes congregare: omnes autem clamare, ita ut, quicunque in vicinis eſſent agris, hoc audito confluerent. Sed nihil inde proficere; vento quippe increbreſcente, irrevocabili quadam celeritate navis aeſtu ferebatur ſecundo. Ideo Methymnaei, haud parva opum iactura facta, caprarium quaerebant, & Daphnim inventum caedebant, veſtibuſque exuebant. Unus aliquis, ſumto canis vinculo, manus illius in tergum, ut vincturus, retorſit: at ille vapulans clamare, ſupplexque agricolarum

πρώτους τε τὸν Λάμωνα καὶ τὸν Δρύαντα βοηθοὺς ἐπεκαλεῖτο. Οἱ δὲ ἀντείχοντο σκιῤῥοὶ [1] γέροντες, καὶ χεῖρας ἐκ γεωργικῶν ἰσχυρὰς ἔχοντες, καὶ ἠξίουν δικαιολογήσασθαι περὶ τῶν γεγενημένων. Ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀξιούντων, δικαστὴν καθίζουσι Φιλητᾶν τὸν βουκόλον· πρεσβύτατός τε γὰρ ἦν τῶν παρόντων, καὶ κλέος εἶχεν ἐν τοῖς κωμήταις δικαιοσύνης περιττῆς.

ί. Πρῶτοι δὲ κατηγόρουν οἱ Μηθυμναῖοι σαφῆ καὶ σύντομα, βουκόλον ἔχοντες δικαστήν. „Ἥλθομεν εἰς τούτους τοὺς ἀγροὺς θηράσαι θέλοντες, τὴν μὲν οὖν ναῦν λύγῳ χλωρᾷ δήσαντες ἐπὶ τῆς ἀκτῆς κατελίπομεν· αὐτοὶ δὲ διὰ τῶν κυνῶν ζήτησιν ἐποιούμεθα θηρίων. Ἐν τούτῳ πρὸς τὴν θάλατταν αἱ αἶγες τούτου κατελθοῦσαι, τήν τε λύγον κατεσθίουσι, καὶ τὴν ναῦν

opem implorare, & ante omnes Lamonem ac Dryanta in auxilium vocare. Hi vero duri ſenes, opereque ruſtico validas habentes manus, ſummiſque viribus renitendo retinentes, ut iure de iis, quae accidiſſent, diſceptaretur, poſtulabant. Eadem autem & aliis poſcentibus, iudex conſtituitur Philetas bubulcus. Ipſe enim erat eorum, qui tunc convenerant, natu maximus, interque paganos eximiae iuſtitiae fama inſignis.

X. Primi itaque Methymnaei perſpicue & breviter accuſare inceperunt, coram bubulco nempe agentes iudice. Venandi gratia hoſce ingreſſi ſumus agros: itaque noſtram navem vimine virenti in litore religatam reliquimus, ipſimet canum ope feras indagaturi. Interea temporis huius caprae ad mare deſcendentes vimen de-

1 Cod. Pariſ. σκιροὶ, quod prope accedit ad coni. Dan. Heinſii, reponentis σκληροὶ, quod per ſe ſatis eommodum videtur. Sed idem ſenſus ineſt vulgatae lectioni, & Heſychius σκιῤῥώσασθαι exponit per ἀποσκληρύνεσθαι. Iungerm. vero malebat σκιῤῥογέροντες, una voce, ut τυμβογέροντες, ἀμογέροντες.

ἀπολύουσιν. Εἶδες αὐτὴν ἐν τῇ θαλάττῃ φερομένην, πόσων οἴει μεστὴν ἀγαθῶν; οἷα μὲν ἐσθῆς [1] ἀπόλωλεν; οἷος δὲ κόσμος κυνῶν· ὅσον δὲ ἀργύριον· τοὺς ἀγροὺς ἄν τις τούτων, ἐκεῖνα ἔχων, ὠνήσατο. Ἀνθ' ὧν ἀξιοῦμεν ἄγειν τοῦτον, πονηρὸν ὄντα αἰπόλον, ὃς ἐπὶ τῆς θαλάττης νέμει τὰς αἶγας ὡς ναύτης.„ Τοιαῦτα οἱ Μηθυμναῖοι κατηγόρησαν.

ια'. Ὁ δὲ Δάφνις διέκειτο μὲν κακῶς ὑπὸ τῶν πληγῶν, Χλόην δὲ ὁρῶν παροῦσαν, πάντων κατεφρόνει. Καὶ ὧδε εἶπεν· „Ἐγὼ νέμω τὰς αἶγας καλῶς. Οὐδέ ποτε ἠτιάσατο κωμήτης οὐδεὶς, ὡς ἢ κῆπον αὐξ ἐμὴ κατεβοσκήσατο, ἢ ἄμπελον βλαστάνουσαν κατέκλασεν. Οὗτοι δέ εἰσι κυνηγέται πονηροὶ, καὶ κύ-

pascuntur, navemque solvunt. Tutemet in altum provectam vidisti, quantis, putas, bonis refertam? quales perierunt vestes! qualis canum ornatus! quanta argenti copia! Agros horum quispiam, illis instructus bonis, facile comparaverit. Pro his istum abducere aequum censemus, utpote malum caprarium, qui instar nautae iuxta mare suas pascit capras. Talis Methymnaeorum fuit accusatio.

XI. Daphnis contra, quamvis verberibus male esset affectus, ubi tamen Chloën praesentem conspexit, omnia susque deque habebat, atque ita locutus est: Ego quidem recte meas pasco capras; neque unquam vicinorum vel unus criminatus est, mea quod capra vel hortum depaverit, vitemve germinantem confregerit. Isti autem sunt venatores improbi, maleque institutos ca-

1 *Quam pretiosa vestimenta periere!* Inepte antea legebatur pro ἐσθὴς in omnibus libris εὐθύς. Ita vero correxit prior ed. Paris. quem secuti sunt Dutens & Villoison. Atque sic respondet sqq. ἀλλὰ ἐσθῆς ἐνέκειτο καὶ ἄργυρος.

νας ἔχουσι κακῶς πεπαιδευμένους· οἵτινες τρέχοντες πολλὰ, καὶ ὑλακτοῦντες σκληρὰ, κατεδίωξαν αὐτὰς ἐκ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων ἐπὶ τὴν θάλατταν, ὥσπερ λύκοι. Ἀλλὰ ἀπέφαγον τὴν λύγον· οὐ γὰρ εἶχον ἐν ψάμμῳ πόαν, ἢ κόμαρον, ἢ θύμον. ἀλλὰ ἀπώλετο ἡ ναῦς ὑπὸ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς θαλάττης· ταῦτα χειμῶνος, οὐκ αἰγῶν, ἐστιν ἔργα. ἀλλὰ ἐσθὴς ἐνέκειτο καὶ ἄργυρος· καὶ τίς πιστεύσει νοῦν ἔχων, ὅτι τοσαῦτα φέρουσα ναῦς, πεῖσμα εἶχε λύγον; „

ιβ'. Τούτοις ἐπεδάκρυσεν ὁ Δάφνις, καὶ εἰς οἶκτον ὑπηγάγετο τοὺς ἀγροίκους πολύν· ὥστε ὁ Φιλητᾶς ὁ δικαστὴς ὤμνυε Πᾶνα καὶ Νύμφας, μηδὲν ἀδικεῖν Δάφνιν, ἀλλὰ μηδὲ τὰς αἶγας· τὴν δὲ θάλατταν καὶ τὸν ἄνεμον, ὧν ἄλλους εἶναι δικαστάς. Οὐκ ἔπειθε ταῦτα Φιλητᾶς Μηθυμναίοις λέγων· ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς ὁρμήσαντες, ἦγον τὸν Δάφνιν πάλιν, καὶ συνδεῖν ἤθε-

nes habent, qui curſu rapido ſaevoque latratu capellas ex montibus & campis ad mare uſque non ſecus ac lupi exagitaverunt. At vero, dices, vimen depaſtae ſunt! Non enim in arena herbam, vel arbutum, vel thymum habebant. At enim, perges, navis vi venti atque maris periit! Hoc eſt tempeſtatis, non autem capellarum, crimen. Sed veſtimenta & argentum navi continebantur! Et quis credat, ſi modo ſapiat, navem tantarum opum vectricem pro rudente vimen habuiſſe?

XII. His dictis illacrimans Daphnis, omnino in magnam commiſerationem ruſticos adduxit; adeo ut Philetas iudex iurando conteſtaretur Pana & Nymphas, nihil contra fas egiſſe Daphnim, ſicuti neque capellas; verum mare & ventos eſſe in culpa, quorum ſcilicet alios eſſe iudices. Haec dicendo Philetas Methymnaeis non perſuaſit; ſed prae ira proſilientes, iterum Daphnim

λον. Ἐνταῦθα οἱ κωμῆται ταραχθέντες, ἐπιπηδῶσιν αὐτοῖς ὡσεὶ ψᾶρες, ἢ κολοιοί· καὶ ταχὺ μὲν ἀφαιροῦνται τὸν Δάφνιν ἤδη καὶ αὐτὸν μαχόμενον· ταχὺ δὲ ξύλοις παίοντες, ἐκείνους εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. Ἀπέστησαν δὲ οὐ πρότερον, ἕς τε τῶν ὁρῶν αὐτοὺς ἐξήλασαν ἐς ἄλλους ἀγρούς. Διώκοντων δὲ τοὺς Μηθυμναίους ἐκείνων, ἡ Χλόη κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἄγει πρὸς τὰς Νύμφας τὸν Δάφνιν, καὶ ἀπονίπτει τε τὸ πρόσωπον ἡμαγμένον ἐκ τῶν ῥινῶν ῥαγεισῶν ὑπὸ πληγῆς τινος, καὶ τῆς πήρας προκομίσασα ζυμήτου· μέρος καὶ τυροῦ τμῆμά τι, δίδωσι φαγεῖν. Τότε μάλιστα ἀνακτησαμένη αὐτὸν, φίλημα ἐφίλησε μελιτῶδες ἀπαλοῖς τοῖς χείλεσι.

ιγ'. Τότε μὲν δὴ παρὰ τοσοῦτον Δάφνις ἦλθε κακοῦ. Τὸ δὲ πρᾶγμα οὐ ταύτῃ πέπαυτο, ἀλλ' ἐλθόντες οἱ Μηθυμναῖοι μόλις εἰς τὴν ἑαυτῶν, ὁδοιπόροις

rapiebant, & conſtringere volebant. Ibi vicani commoti in ipſos non aliter ac ſturni graculique impetum fecerunt, eque veſtigio eripuerunt Daphnim iam & ipſum manus conferentem, & repente baculis eos tundentes, terga vertere coëgerunt. Neque priùs deſtiterunt, quam illos e ſuis finibus in alios agros expuliſſent. Dum autem illi Methymnaeos ſic perſequuntur, interim Chloë placide Daphnim ad Nymphas deducit, eiuſque faciem ſanguine adſperſam & nares ictu contuſas abluit, atque e pera depromtam fermentati panis particulam caſeique fruſtulum dat illi comedendum. Et poſtquam eum ita recreaſſet, mellitum tenellis labellis oſculum ei infixit.

XIII. Tantillum quidem tunc abfuit, uti ne malo infortunio Daphnis mactaretur: at vero finis huic negotio neque dum impoſitus erat; nam Methymnaei magna

μὲν ἀντὶ ναυτῶν, τραυματίαι δὲ ἀντὶ τρυφώντων, ἐκκλησίαν τε συνήγαγον τῶν πολιτῶν, καὶ ἱκετηρίας θέντες, ἱκέτευον τιμωρίας ἀξιωθῆναι· τῶν μὲν ἀληθῶν λέγοντες οὐδὲ ἕν, μὴ καὶ προσκαταγέλαστοι γένοιντο, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παθόντες ὑπὸ ποιμένων· κατηγοροῦντες δὲ Μιτυληναίων ὡς τὴν ναῦν ἀφελομένων, καὶ τὰ χρήματα ἁρπασάντων πολέμου νόμῳ. Οἱ δὲ πιστεύοντες διὰ τὰ τραύματα, καὶ νεανίσκοις τῶν πρώτων οἰκιῶν παρ' αὐτοῖς τιμωρῆσαι δίκαιον νομίζοντες, Μιτυληναίοις μὲν πόλεμον ἀκήρυκτον ἐψηφίσαντο· τὸν δὲ στρατηγὸν ἐκέλευσαν δέκα ναῦς καθελκύσαντα κακουργεῖν αὐτῶν τὴν παραλίαν. πλησίον γὰρ χειμῶνος ὄντος, οὐκ ἀσφαλὲς ἦν μείζονα στόλον πιστεύειν τῇ θαλάττῃ. Ὁ δὲ εὐθὺς τῆς ἐπιούσης ἀναγόμενος αὐτ-

difficultate domum ſuam, viatores nimirum pro nautis, & ſaucii vulneribus pro luxuriantibus, reverſi, & in concionem civibus advocatis, cum ſuppliciis prodierunt, obſecrantes, ne ſe indignos putarent, quorum cauſa vindicta ſuſciperetur; ne ullum quidem verbum verum dicentes, ne etiam deridiculo praetereа eſſent, qui talia tantaque a paſtoribus pati ſuſtinuiſſent; verum Mitylenaeos, quaſi qui navem ipſis abſtuliſſent, & opes hoſtium more diripuiſſent, incuſantes. Hi vero facile ob illa vulnera fidem habentes, & adoleſcentibus primariarum apud ſe familiarum factam iniuriam ulciſci iuſtum eſſe arbitrati, Mitylenaeis bellum, nec illud per praeconem ullum indictum, decreverunt, & praefecto ſtatim mandaverunt, denis in mare deductis navibus, maritimam incurſionibus infeſtare oram: non enim tutum erat, imminente hieme, maiorem mari committere claſſem. Hic confeſtim die ſequenti cum militibus,

ερέταις στρατιώταις, ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις τῶν Μιτυληναίων ἀγροῖς. Καὶ πολλὰ μὲν ἥρπαζε ποίμνια, πολὺν δὲ σῖτον, καὶ οἶνον, ἄρτι πεπαυμένου τοῦ τρυγητοῦ· καὶ ἀνθρώπους δὲ οὐκ ὀλίγους, ὅσοι τούτων ἐργάται. Ἐπέπλευσε καὶ τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς καὶ τοῦ Δάφνιδος· καὶ ἀπόβασιν ὀξεῖαν θέμενος, λείαν ἤλαυνε τὰ ἐν ποσίν.

ιδ'. Ὁ μὲν Δάφνις οὐκ ἔνεμε τὰς αἶγας, ἀλλὰ ἐς τὴν ὕλην ἀνελθὼν, φυλλάδα χλωρὰν ἔκοπτεν, ὡς ἔχοι τὴν τοῦ χειμῶνος παρέχειν τοῖς ἐρίφοις τροφήν· ὥστε ἄνωθεν θεασάμενος τὴν καταδρομὴν, ἐνέκρυψεν ἑαυτὸν στελέχει κοίλῳ ξηρᾶς ὀξύης.[1] Ἡ δὲ Χλόη παρῆν ταῖς ἀγέλαις· καὶ διωκομένη καταφεύγει πρὸς τὰς Νύμφας ἱκέτις, καὶ ἐδεῖτο φείσασθαι καὶ ὧν ἔνεμε, καὶ

qui remigum vice ipſi fungebantur, in altum provectus, Mitylenaeorum agros mari proximos hoſtiliter invadens, multos tum greges, tum frumenti acervos, ac vinum, paulo ante finita vindemia, & homines quoque, quorum cura & opera circa iſta verſabatur, non paucos rapuit. Impetum etiam ſuis navibus fecit in Chloës & Daphnidis agros, egreſſuſque quanta celeritate poſſet, quaevis obvia agebat, ferebat.

XIV. Et Daphnis quidem tunc non paſcebat capras; ſed ſilvam intraverat, frondeſque virides ſtringebat, quas hiberno tempore haedis in pabulum dare poſſet. Quamobrem de ſuperiore loco hac incurſione conſpecta, ſeſe cavo aridae fagi trunco occultavit. Chloë autem aderat gregibus, hoſtibuſque illam perſequentibus, ad Nymphas ſupplex confugiebat, orabatque, ut & illis, quos paſceret, gregibus, atque ſibi propter Deas par-

1 Optime hunc locum ita perſanavit Koen. ad Greg. de Dialect. p. 7, applaudente Valkenario. Vulgo legitur: στελίχει καὶ ξύλῳ ξηρᾶς ὀξύης.

αὐτῆς, διὰ τὰς θεάς· ἀλλ' ἦν οὐδὲν ὄφελος. οἱ γὰρ Μηθυμναῖοι πολλὰ τῶν ἀγαλμάτων κατακερτομήσαντες, καὶ τὰς ἀγέλας ἤλασαν, κἀκείνην ἤγαγον ὥσπερ αἶγα ἢ πρόβατον παίοντες λύγοις. Ἔχοντες δὲ ἤδη τὰς ναῦς παντοδαπῆς ἁρπαγῆς μεστὰς, οὐκέτ' ἐγίνωσκον περαιτέρω πλεῖν, ἀλλὰ τὸν οἴκαδε πλοῦν ἐποιοῦντο, καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τοὺς πολεμίους δεδιότες. Οἱ μὲν οὖν ἀπέπλεον εἰρεσίᾳ ταλαιπωροῦντες· ἄνεμος γὰρ οὐκ ἦν.

ιε'. Ὁ δὲ Δάφνις, ἡσυχίας γενομένης, ἐλθὼν εἰς τὸ πεδίον, ἔνθα ἔνεμον, καὶ μήτε τὰς αἶγας ἰδὼν, μήτε τὰ πρόβατα καταλαβὼν, μήτε Χλόην εὑρὼν, ἀλλὰ ἐρημίαν πολλὴν, καὶ τὴν σύριγγα ἐρριμμένην, ᾗ συνήθως ἐτέρπετο ἡ Χλόη, μέγα βοῶν καὶ ἐλεεινὸν κωκύων, ποτὲ μὲν πρὸς τὴν φηγὸν ἔτρεχεν, ἔνθα ἐκαθέ-

cerent. Sed nihil precando profecit; Methymnaei namque non ſolum conviciis multis & probris Deorum ſimulacra illuſerunt, verum etiam greges ipſos abegerunt, & illam ipſam non aliter, quam capram, aut ovem, virgis feriendo prae ſe egerunt. Illi, iam naves ſuas praeda omnigena onuſtas habentes, non ulterius navigare decernebant, ſed domum, hiemem hoſtemque timentes, dirigebant. Itaque inde ſolvebant, ſumma ope incumbentes remis, cum nullus eos proſequeretur ventus.

XV. Daphnis vero, iam tranquillitate oborta, ingreſſus campum, in quo pecora paſcere ſolebant, cumque nec capras vidiſſet, nec oves offendiſſet, neque Chloën inveniſſet, ſed ubique magnam ſolitudinem, & proiectam fiſtulam, qua ſe pro more oblectabat Chloë, magno clamore miſerabilique ploratu edito, nunc quidem curſu contendebat ad fagum, ubi ſederat; nunc vero

ζετο· ποτὲ δὲ ἐπὶ τὴν θάλατταν, ὡς ὀψόμενος αὐτήν· ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰς Νύμφας, ἐφ' ἃς ἑλκομένη κατέδυγεν. Ἐνταῦθα καὶ ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαὶ, καὶ ταῖς Νύμφαις ὡς προδούσαις κατεμέμφετο. „Ἀφ' ὑμῶν ἡρπάσθη Χλόη, καὶ τοῦτο ἰδεῖν ὑμεῖς ὑπεμείνατε; ἡ τοὺς στεφάνους ὑμῖν πλέκουσα· ἡ σπένδουσα τοῦ πρώτου γάλακτος· ἧς καὶ ἡ σύριγξ ἥδε ἀνάθημα. Αἶγα μὲν οὐδὲ μίαν μοι λύκος ἥρπασε, πολέμιοι δὲ τὴν ἀγέλην καὶ τὴν συννέμουσαν. Καὶ τὰς μὲν αἶγας ἀποδέρουσι, καὶ τὰ πρόβατα καταθύουσι· Χλόη δὲ πόλιν οἰκήσει. Ποίοις ποσὶν ἄπειμι παρὰ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, ἄνευ τῶν αἰγῶν, ἄνευ Χλόης, λειπεργάτης ἐσόμενος; ἔχω γὰρ νέμειν ἔτι οὐδέν. Ἐνταῦθα περιμένω κείμενος ἢ θάνατον, ἢ πολέμιον δεύτερον. Ἆρα καὶ σὺ, Χλόη, τοιαῦτα πάσχεις; ἆρα μέμνησαι τοῦ πεδίου τοῦδε, καὶ τῶν Νυμφῶν τῶνδε, κἀμοῦ; ἢ παραμυθοῦνταί σε τὰ πρό-

ad mare, tanquam illam viſurus; aliquando ad Nymphas, ad quas, cum abſtraheretur, confugerat; ibique ſe in ſolum proiecit, & Nymphas quaſi proditrices incuſare occepit. A veſtris ſtatuis abſtracta fuit Chloë, idque videre ſuſtinuiſtis! Illa, quae vobis corollas plectebat, illa, quae primitias lactis libabat, cuius etiam haecce fiſtula vobis dicata pendet! Nullam quidem lupus mihi capram eripuit; ſed hoſtes gregem, & illam, quae una paſcebat mecum! quin capras excoriabunt, oveſque mactabunt; Chloë autem in urbe inpoſterum habitabit! At quibus pedibus patrem & matrem, operis deſertor, ſine capris, ſine Chloë, adibo? Amplius enim, quod paſcam, non habeo. Hic proiectus mortem, aut alterum hoſtem exſpectabo. Num vero tu quoque, Chloë, talia perfers? Meminiſtine amplius huiuſce campi, harumce Nympharum, atque mei? An ſolatium tibi

βατα καὶ αἱ αἶγες αἰχμάλωτοι μετὰ σοῦ γενόμεναι;„

ιστ'. Ταῦτα λέγοντα αὐτὸν, ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης, ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει· καὶ αὐτῷ αἱ τρεῖς ἐφίστανται Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαὶ, ἡμίγυμνοι καὶ ἀνυπόδητοι, τὰς κόμας λελυμέναι, καὶ τοῖς ἀγάλμασιν ὅμοιαι. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐώκεσαν ἐλεοῦσαι τὸν Δάφνιν· ἔπειτα ἡ πρεσβυτάτη λέγει ἐπιῤῥωννύουσα· „Μηδὲν ἡμᾶς μέμφου, Δάφνι· Χλόης γὰρ ἡμῖν μᾶλλον ἢ σοὶ μέλει. Ἡμεῖς καὶ παιδίον οὖσαν αὐτὴν ἠλεήσαμεν, καὶ ἐν τῷδε τῷ ἄντρῳ κειμένην αὐτὴν ἀνεθρέψαμεν. Ἐκείνῃ πεδίοις κοινὸν οὐδὲν [1] καὶ τοῖς προβατίοις τοῦ Λάμωνος. Καὶ νῦν δὲ ἡμῖν πεφρόντισται τὸ κατ' ἐκείνην· ὡς μήτε εἰς τὴν Μήθυμναν κομισθεῖσα δουλεύοι, μήτε μέρος γένοιτο λείας πολεμικῆς. Καὶ τὸν Πᾶνα ἐκεῖνον τὸν ὑπὸ τῇ

afferunt oves & capellae tecum in captivitatem abductae?

XVI. Hoc ipſum dicentem, prae moerore & lacrimis ſomnus opprimit profundus, & ipſi obveniunt tres illae Nymphae, mulieres procerae & formoſae, ſeminudae diſcalceataeque, crinibus ſolutis, ſimulacriſque ſuis ſimiles. Atque primo quidem quaſi miſerari Daphnidis vicem ſunt viſae; deinde natu maxima animum iacentem erigendo ita infit: Noli nos inſimulare, Daphni: nobis quippe magis curae, quam tibi, eſt Chloë. Nos eius etiamnum infantulae miſertae fuimus, inque hoc antro iacentem ſuſcepimus nutriendam. Nihil illi cum campis & ovibus Lamonis commune. Atque res illius etiam nunc nobis ſunt curae, & providimus, ne vel Methymnam deportetur in ſervitutem, vel in partem hoſtilis praedae veniat. Atque Pana illum, qui pinu ſub hac ſe-

1 Ita exhibent tres Codd. Reg. teſte Villoiſono, uti & legendum coniecerat Iungerm. Vulgo: ἐκείνῃ πεδίοις κοινὸν οὐδὲν ἔχει.

πίτυϊ ἱδρυμένον, ὃν ὑμεῖς οὐδέποτε οὐδὲ ἄνθεσιν ἐτιμήσατε, τοῦτον ἐδεήθημεν ἐπίκουρον γενέσθαι Χλόης· συνήθης γὰρ στρατοπέδοις μᾶλλον ἡμῶν, καὶ πολλοὺς ἤδη πολέμους ἐπολέμησε τὴν ἀγροικίαν καταλιπών· καὶ ἄπειστι τοῖς Μηθυμναίοις οὐκ ἀγαθὸς πολέμιος. Κάμνε δὲ μηδέν· ἀλλὰ ἀναστὰς ὄψῃ τι Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ· οἳ καὶ αὐτοὶ κεῖνται χαμαὶ, νομίζοντες καί σε μέρος γεγονέναι τῆς ἁρπαγῆς. Χλόη γάρ σοι τῆς ἐπιούσης ἀφίξεται μετὰ τῶν αἰγῶν, μετὰ τῶν προβάτων· καὶ νομεύσετε κοινῇ, καὶ συρίσετε κοινῇ. Τὰ δὲ ἄλλα μελήσει περὶ ὑμῶν Ἔρωτι. ,,

ιζ'. Τοιαῦτα ἰδὼν καὶ ἀκούσας Δάφνις, ἀναπηδήσας τῶν ὕπνων, καὶ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς δακρύων, τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν προσεκύνει, καὶ ἐπηγγέλλετο, σωθείσης Χλόης, θύσειν τῶν αἰγῶν τὴν ἀρίστην. δραμὼν δὲ καὶ ἐπὶ τὴν πίτυν, ἔνθα τὸ τοῦ Πανὸς

dem habet, quem vos nunquam adhuc vel floſculo quidem honoraſtis, hunc, inquam, oravimus, ut Chloae ſuppetias veniat: magis enim, quam nos, aſſuevit caſtris; nec pauca iam bella, rure relicto, geſſit; & abit Methymnaeis ſat metuendus hoſtis. Noli laborare; quin ſurge, & videndum te exhibe Lamoni atque Myrtalae, qui & ipſi humi proſtrati iacent, te quoque partem rati huiuſce rapinae factum. Etenim Chloë poſtera die tibi una cum capris ovibuſque redibit, atque una paſcetis, & una fiſtula canetis: cetera de vobis curae erunt Amori.

XVII. Hiſce viſis ac auditis Daphnis, e ſomno exſiliens, prae laetitia ac moerore obortis lacrimis, Nympharum ſimulacra adorat, vovens, ſoſpite Chloë, optimam ex capris ſeſe mactaturum. Et procurrens ad pinum, ubi Panis ſimulacrum poſitum erat, cruribus hir-

ἄγαλμα ἵδρυτο, τραγοσκελὲς, κερασφόρον, τῇ μὲν σύριγγα, τῇ δὲ τράγον πηδῶντα κατέχον, κἀκεῖνον προσεκύνει, καὶ ηὔχετο ὑπὲρ τῆς Χλόης, καὶ τράγον θύσειν ἐπηγγέλλετο. Καὶ μόλις ποτὲ περὶ ἡλίου καταφορὰς παυσάμενος δακρύων καὶ εὐχῶν, ἀράμενος τὰς Φυλλάδας, ἃς ἔκοψεν, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἔπαυλιν· καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Λάμωνα πένθους ἀπαλλάξας καὶ εὐφροσύνης ἐμπλήσας, τροφῆς τε ἐγεύσατο, καὶ ἐς ὕπνον ὥρμησεν, οὐδὲ τοῦτον ἄδακρυν· ἀλλ' εὐχόμενος μὲν αὖθις τὰς Νύμφας ὄναρ ἰδεῖν, εὐχόμενος δὲ τὴν ἡμέραν γενέσθαι ταχέως, ἐν ᾗ Χλόην ἐπηγγείλαντο αὐτῷ.

ιή. Νυκτῶν πασῶν ἐκείνη ἔδοξε μακροτάτη γεγονέναι. Ἐπράχθη δὲ ἐπ' αὐτῆς τάδε. Ὁ στρατηγὸς ὁ τῶν Μηθυμναίων ὅσον δέκα σταδίους ἀπελάσας, ἠβόλησε τῇ καταδρομῇ τοὺς στρατιώτας κεκμηκότας ἀναλαβεῖν. ἄκρας οὖν ἐπεμβαινούσης τῷ πελάγει λαβό-

cinis, cornigerum, altera manu fiſtulam, altera hircum ſalientem tenens, illum advenerabatur, votaque pro ſalute Chloës ſuſcipiebat, & ſe hircum immolaturum ſancte promittebat. Et vix tandem circa ſolis occaſum flendi ac precandi finem faciens, ſublatis, quas deputaverat, frondibus, ad villam rediit Lamonem moerore liberavit, gaudio replevit; & ſtatim, cibo ſumto, in ſomnum delapſus eſt, nec illum quidem ſine flectu; ſed iterum preces faciens, ut Nymphas in ſomno videat, ociuſque illuceſcat dies, qua illi Chloës reditum promiſerant.

XVIII. Cunctarum noctium illa ei viſa fuit longiſſima. In illa autem haec acta fuere. Praefectus Methymnaeorum, in altum decem circiter ſtadia progreſſus, ſuos illa incurſione defatigatos milites voluit recreare. Nactus igitur promontorium in mare procurrens, luna-

μενος, ἐπεκτεινομένης μηνοειδῶς, ἧς ἐντὸς θάλατται γαληνότερον τῶν λιμένων ὅρμον εἰργάζετο, ἐνταῦθα τὰς ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν μετεώρους διορμίσας, ὡς μηδεμίαν ἐκ τῆς γῆς τῶν ἀγροίκων τινὰ λυπῆσαι, ἄνηκεν τοὺς Μηθυμναίους εἰς τέρψιν εἰρηνικήν. Οἱ δὲ ἔχοντες πάντων ἀφθονίαν ἐκ τῆς ἁρπαγῆς, ἔπινον, ἔπαιζον, ἐπινίκιον ἑορτὴν ἐμιμοῦντο. Ἅρτι δὲ παυομένης ἡμέρας, καὶ τῆς τέρψεως εἰς νύκτα ληγούσης, αἰφνίδιον μὲν πᾶσα ἡ γῆ ἐδόκει λάμπεσθαι πυρί· κτύπος δὲ ἠκούετο ῥόθιος κωπῶν, ὡς ἐπιπλέοντος μεγάλου στόλου. ἐβόα τις ὁπλίζεσθαι τὸν στρατηγὸν, ἄλλος ἄλλον ἐκάλει, καὶ τετρῶσθαί τις ἐδόκει· καὶ σχῆμά τι ἔκειτο νεκροῦ μιμούμενον. εἴκασεν ἄν τις ὁρᾶν νυκτομαχίαν οὐ παρόντων πολεμίων.

ιθ'. Τῆς δὲ νυκτὸς αὐτοῖς τοιαύτης γενομένης, ἐπῆλθεν ἡμέρα πολὺ τῆς νυκτὸς φοβερωτέρα. Οἱ τράγοι

raque exporrectum forma, cuius ſinus ipſis portubus tranquilliorem praebebat ſtationem, hoc in loco naves ancoris ſtabilitas cum conſtituiſſet, ne cui ex terra agreſtium quiſquam negotium faceſſeret, Methymnaeis velut in pace ſecuram indulſit oblectationem. Qui cum ex rapina omnium affluerent copia, potabant, ludebant, victorialia quaſi celebrabant. Commodum vero deſinente die, & hilaritate in noctem protracta, viſa fuit repente univerſa illa terra flammis collucere, atque vehemens audiri remorum ſtrepitus, quaſi ingens adventaret claſſis. Clamabat quidam, ut ſe belli dux armis accingeret; alius alium vocabat, videbaturque nonnullus vulneratus: immo erat, quod faciem cadaveris prae ſe ferebat. Putaſſet aliquis, nocturnum ſe videre proelium, hoſte nullo praeſente.

XIX. Nocte tali peracta, illis illuxit dies nocte longe

μὲν οἱ τοῦ Δάφνιδος καὶ αἱ αἶγες κιττὸν ἐν τοῖς κέρασι κορυμβοφόρον εἶχον· οἱ δὲ κριοὶ καὶ αἱ οἶες τῆς Χλόης λύκων ὠρυγμὸν ὠρύοντο. Ὤφθη δὲ καὶ αὐτὴ πίτυος ἐστεφανωμένη. ἐγίνετο καὶ περὶ τὴν θάλατταν αὐτὴν πολλὰ παράδοξα. αἵ τε γὰρ ἄγκυραι κατὰ βυθοῦ πειρωμένων ἀναφέρειν ἔμενον· αἵ τε κῶπαι καθιέντων εἰς εἰρεσίαν ἐβραύοντο· καὶ δελφῖνες πηδῶντες, ταῖς οὐραῖς παίοντες τὰς ναῦς, ἐξ ἁλὸς [1] ἔλυον τὰ γομφώματα. ἠκούετό τις καὶ ὑπὲρ τῆς ὀρθίου πέτρας τῆς ὑπὸ τὴν ἄκραν σύριγγος ἦχος· ἀλλὰ οὐκ ἔτερπεν, ὡς σύριγξ· ἐφόβει δὲ τοὺς ἀκούοντας, ὡς σάλπιγξ. Ἐταράττοντο οὖν, καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα ἔθεον, καὶ πολεμίους ἐκάλουν τοὺς οὐ βλεπομένους· ὥστε πάλιν εὔχοντο νύκτα ἐπελθεῖν ὡς τειξόμενοι σπονδῶν ἐν αὐτῇ. Συνετὰ μὲν οὖν πᾶσιν ἦν τὰ γινόμενα τοῖς φρονοῦσιν ὀρθῶς,

terribilior. Hirci namque & caprae Daphnidis hederam corymbiferam in cornibus geſtabant, arietes autem & oves Chloës luporum ululatum edere audiebantur. Apparebat & ipſa Chloë pinu redimita caput. Multa quoque & in ipſo mari fiebant mira & praeter exſpectationem. Ancorae namque, quamvis in altum eas tollere conniterentur, in profundo fixae perſtabant, remique in mare demiſſi, ut abremigarent milites, confringebantur: delphines ſalientes e mari, ferienteſque ſuis naves caudis, compages ſolvebant. Audiebatur & ſuper arduae petrae cacumine ſonus quidam fiſtulae; non autem audientes oblectabat, ut fiſtula, ſed terrebat, ut tuba. Quare perculſi ad arma concurrebant, atque, quos non videbant, hoſtes vocabant; qua de cauſa noctem redire optabant, veluti eius beneficio inducias nacturi. Omnibus quidem, quibus mens non erat laeva, conſtabat, a

1 Verba ἐξ ἁλὸς ſtatim poſt πηδῶντες cum Villoiſ. ponenda videntur.

ὅτι ἐκ Πανὸς ἦν τὰ φαντάσματα καὶ ἀκούσματα μηνίοντός τι τοῖς ναύταις· οὐκ εἶχον δὲ τὴν αἰτίαν συμβαλεῖν, (οὐδὲν γὰρ ἱερὸν συνέλητο Πανὸς) ἕς τε ἀμφὶ μέσην ἡμέραν ἐς ὕπνον οὐκ ἀθεεὶ τοῦ στρατηγοῦ καταπεσοντος, αὐτος ὁ Πὰν ὤφθη τοιαδὲ λέγων.

κ'. „Ὦ πάντων ἀνοσιώτατοι καὶ ἀσεβέστατοι, τί ταῦτα μαινομέναις φρεσὶν ἐτολμήσατε; πολέμου μὲν τὴν ἀγροικίαν ἐνεπλήσατε τὴν ἐμοὶ φίλην· ἀγέλας δὲ βοῶν καὶ αἰγῶν ποίμνας ἀπηλάσατε τὰς ἐμοὶ μελομένας· ἀπεσπάσατε δὲ βωμῶν παρθένον, ἐξ ἧς Ἔρως μῦθον ποιῆσαι θέλει· οὔτε τὰς Νύμφας ᾐδέσθητε βλεπούσας, οὔτε τὸν Πανα ἐμέ. Οὔτε οὖν Μηθυμναν ὄψεσθε μετὰ τοιούτων λαφύρων πλέοντες, οὔτε τήνδε φεύξεσθε τὴν σύριγγα τὴν ὑμᾶς ταραξασαν· ἀλλὰ βορὰν ἰχθύων θήσω καταδύσας, εἰ μὴ τὴν ταχίστην

Pane haec eſſe terriculamenta auditioneſque, hiſce ſuccenſente nautis: cauſam tamen haudquaquam coniicere poterant, quippe nullum Panis templum direptum fuerat; donec circa meridiem belli praefecto, non ſine numine Divûm, in ſomnum effuſo, ipſemet Pan talia dicere viſus fuit.

XX. O omnium ſceleratiſſimi atque ſacerrimi mortallum, quaenam cauſa vos impulit tanta facinora furibunda mente patrare? Agrum hunc mihi carum auſi eſtis bello infeſtare! Boum armenta & caprarum greges, qui mihi ſunt curae, abegiſtis! Ab aris meis virginem abſtraxiſtis, de qua Amor vult fabulam facere! Quin neque Nymphas adſpicientes, nec me Pana reveriti eſtis! Quapropter neque cum eiuſmodi navigantes ſpoliis Methymnam unquam videbitis, neque hanc fiſtulam, quae veſtros animos ita perculſit, effugietis; ſed vos undis obrutos dabo piſcibus eſcam, niſi quam ociſſime his

καὶ Χλόην ταῖς Νύμφαις ἀποδώσεις, καὶ τὰς ἀγέλας Χλόης, καὶ τὰς αἶγας, καὶ τὰ πρόβατα. Ἀνίστω δή, καὶ ἐκβίβαζε τὴν κόρην μεθ' ὧν εἶπον. Ἡγήσομαι δὲ ἐγὼ καί σοι τοῦ πλοῦ, κἀκείνη τῆς ὁδοῦ.„

κα'. Πάντ οὖν τεθορυβημένος ὁ Βρύαξις (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ στρατηγὸς) ἀναπηδᾷ, καὶ τῶν νεῶν καλέσας τοὺς ἡγεμόνας, ἐκέλευσε τὴν ταχίστην ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀναζητεῖσθαι Χλόην· οἱ δὲ ταχέως καὶ ἀνεῦρον, καὶ εἰς ὀφθαλμοὺς ἐκόμισαν. ἐκαθέζετο γὰρ τῆς πίτυος ἐστεφανωμένη. Σύμβολον δὴ καὶ τοῦτο τῆς ἐν τοῖς ὀνείροις ὄψεως ποιούμενος, ἐπ' αὐτῆς τῆς ναυαρχίδος εἰς τὴν γῆν αὐτὴν κομίζει. Κἀκείνη δὲ ἅρτι ἀποβεβήκει, καὶ σύριγγος ἦχος ἀκούεται πάλιν ἐκ τῆς πέτρας, οὐκέτι πολεμικὸς καὶ φοβερὸς, ἀλλὰ ποιμενικὸς, καὶ οἷος εἰς νομὴν ἡγεῖται ποιμνίων. Καὶ τά τε πρόβατα κατὰ τῆς ἀποβαθρας ἐξέτρεχον, οὐκ ἐξολι-

Nymphis Chloën, & insuper hos greges Chloës, & capras, & oves reddideris. Surgito proinde, & e navi puellam cum his, quae dixi, educito. Tui tibi cursus ducem, illi viae me praebebo.

XXI. Hisce omnibus consternatus Bryaxis (illud enim nomen duci erat) exsilit, &, navium ductoribus convocatis, inter captivos quam citissime inquiri Chloën iussit; qui illico eam invenerunt, & in eius conspectum adduxerunt: sedebat namque pinu coronata. Ille vero hoc ipsum pro indicio & argumento habens eius, quod in somnis viderat, illam ad terram in ipsa praetoria vehit navi. Vix illa e mari in terram descenderat, cum fistulae sonus iterum de petra exaudiri coepit, non ille tamen, ut antea, bellicus & formidolosus, sed pastoralis, & qualis ad pastum ducere solet pecora; oves-que per scalam navis decurrerunt, nec ullam, eo quod

σθαίνοντα τοῖς κέρασι τῶν χηλῶν· καὶ αἱ αἶγες πολὺ θρασύτερον, οἷα καὶ κρημνοβατεῖν εἰθισμέναι. Καὶ ταῦτα μὲν περιίσταται κύκλῳ τὴν Χλόην ὥσπερ χορὸς σκιρτῶντα, καὶ βληχώμενα, καὶ ὅμοια χαίρουσιν. Αἱ δὲ τῶν ἄλλων αἰπόλων αἶγες, καὶ τὰ πρόβατα, καὶ τὰ βουκόλια κατὰ χώραν ἔμενεν ἐν κοίλῃ νηΐ, καθάπερ αὐτὰ τοῦ μέλους μὴ ἐκκαλοῦντος. Θαύματι πάντων ἐνεχομένων καὶ τὸν Πᾶνα ἀνευφημούντων, ὤφθη τούτων ἐν τοῖς στοιχείοις ἀμφοτέροις θαυμασιώτερα. Τῶν μὲν Μηθυμναίων, πρὶν ἀναστάσαι τὰς ἀγκύρας, ἔπλεον αἱ νῆες· καὶ τῆς ναυαρχίδος ἡγεῖτο δελφὶν πηδῶν ἐξ ἁλός· τῶν δὲ αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων ἡγεῖτο σύριγγος ἦχος ἥδιστος, καὶ τὸν συρίττοντα ἔβλεπεν οὐδείς· ὥστε τὰ ποίμνια καὶ αἱ αἶγες προήεσαν ἅμα καὶ ἐνέμοντο τερπόμεναι τῷ μέλει.

cornipedes eſſent, labi contigit; capellae tamen longe audacius, quippe quae etiam per praerupta rupium ſcandere non inſolentes eſſent. Atque totus iſte grex undique Chloën circumſtabat, & tanquam chorus quidam tripudiabat, balabatque, & laetitiam atque hilaritatem prae ſe ferebat. Aliorum autem paſtorum caprae atque oves, nec non armenta, ne pedem quidem movebant, ſed in navis carina manebant, tanquam ipſa cantu illo non evocante. Cum itaque admiratione omnes tenerentur, Panaque celebrarent, conſpecta ſunt in utroque elemento prioribus mirabiliora. Methymnaeis namque, priuſquam revellerent ancoras, naves currebant, & navem praetoriam delphin e mari proſiliens praeibat: ſuaviſſimus fiſtulae ſonus capras oveſque ducebat, nemine fiſtula canentem vidente. Oves ergo & capellae ſimul procedebant, & pabulabantur, ſuaviter huiuſce cantus modulamine delinitae.

κβ'. Δευτέρας που νομῆς καιρὸς ἦν, καὶ ὁ Δάφνις ἀπὸ σκοπῆς τινος μετεώρου θεασάμενος τὰς ἀγέλας καὶ τὴν Χλόην, μέγα βοήσας, ὦ Νύμφαι καὶ Πάν, κατέδραμεν εἰς τὸ πεδίον· καὶ περιπλακεὶς τῇ Χλόῃ καὶ λειποθυμήσας κατέπεσε. Μόλις δὲ ἔμβιος ὑπὸ τῆς Χλόης φιλούσης καὶ ταῖς περιβολαῖς θαλπούσης γενόμενος, ἐπὶ τὴν συνήθη φηγὸν ἔρχεται· καὶ ὑπὸ τῷ στελέχει καθίσας ἐπυνθάνετο, πῶς ἀπέδρα τοσούτους πολεμίους. Ἡ δὲ αὐτῷ κατέλεξε πάντα· τὸν τῶν αἰγῶν κιττόν· τὸν τῶν προβάτων ὠρυγμόν· τὴν ἐπανθήσασαν τῇ κεφαλῇ πίτυν· τὸ ἐν τῇ γῇ πῦρ· τὸν ἐν τῇ θαλάττῃ κτύπον· τὰ συρίσματα ἀμφότερα, τὸ πολεμικὸν καὶ τὸ εἰρηνικόν· τὴν νύκτα τὴν φοβεράν· ὅπως αὐτῇ τὴν ὁδὸν ἀγνοούσῃ καθηγήσατο τῆς ὁδοῦ μουσική. Γνωρίσας οὖν ὁ Δάφνις τὰ τῶν Νυμφῶν ὀνείρατα, καὶ τὰ τοῦ Πανὸς ἔργα, διηγεῖται καὶ αὐτὸς, ὅσα εἶδεν,

XXII. Alterius paſtionis tempus erat, cum Daphnis, ab edita quadam ſpecula proſpectis gregibus atque Chloë, valide exclamans, o Nymphae, o Pan, decurrit in campum, & in Chloës amplexus ruens, animo deficiens collabitur. Ille autem aegre, Chloë baſiante, ſuoque eum amplexu fovente, tandem reviviſcens, ad conſuetam fagum perrexit, ſedenſque ſuper trunco percontabatur, quomodo tot hoſtes effugiſſet. Illa cuncta illi ordine enarravit, videlicet, caprarum hederam, ovium ululatum, efflorescentem in ipſius capite pinum, flammam in terra, ſtrepitum in mari, geminos fiſtulae modos, bellicum nempe atque pacificum, noctem illam horrendam, quomodo ſibi itineris ignarae viam monſtraſſet cantus ille. Agnovit ergo Daphnis Nympharum ſomnia & opera Panis, expoſuitque viciſſim & ille, quae vidiſ-

ὅσα ἤκουσεν· ὅτι, μέλλων ἀποθνήσκειν, διὰ τὰς Νύμφας ἔζησε. Καὶ τὴν μὲν ἀποπέμπει κομίσουσαν τοὺς ἀμφὶ τὸν Δρύαντα καὶ Λάμωνα, καὶ ὅσα πρέποντα θυσίᾳ· αὐτὸς δὲ ἐν τούτῳ τῶν αἰγῶν τὴν ἀρίστην συλλαβὼν, καὶ κιττῷ στεφανώσας, ὥσπερ ὤφθησαν τοῖς πολεμίοις, καὶ γάλα τῶν κεράτων κατασπείσας, ἔθυσέ τε ταῖς Νύμφαις, καὶ κρεμάσας ἀπέδειρε, καὶ τὸ δέρμα ἀνέθηκεν. Ἤδη δὲ παρόντων τῶν ἀμφὶ τὴν Χλόην, πῦρ ἀνακαύσας, καὶ τὰ μὲν ἕψησας τῶν κρεῶν, τὰ δὲ ὀπτήσας, ἀπήρξατό τε ταῖς Νύμφαις, καὶ κρατῆρα ἀπέσπεισε μεστὸν γλεύκους. καὶ ἐκ φυλλάδος στιβάδας ἀποσωρεύσας, [1] ἐντεῦθεν ἐν τροφῇ ἦν καὶ ποτῷ καὶ παιδιᾷ· καὶ ἅμα τὰς ἀγέλας ἐπεσκόπει, μὴ λύκος ἐμπεσὼν ἔργα ποιήσει πολεμίων. ᾖσάν τινας καὶ ᾠδὰς εἰς τὰς Νύμφας, παλαιῶν ποι-

set, quae audiviſſet, quod mori volens Nymphis vitam deberet. Poſt Chloën dimiſit, ut Dryantem & Lamonem, eaque, quibus opus eſſet ad ſacrificium recte perpetrandum, adduceret; ipſe interea optimam e capris correptam, hederaque coronatam, quales hoſtibus ante viſae fuerant, & lacte ſuper cornua fuſo, Nymphis mactavit, ſuſpenſam excoriavit, pellemque dicavit. Iam praeſente Chloë atque eius comitatu, focum accendit Daphnis, & parte carnium elixata, parte aſſata, Nymphis obtulit primitias, & pateram muſto plenam libavit. Mox toris e fronde ſibi ſubſtratis, deinde totus in cibo, in potu, in luſu erat, ſimulque greges ſervabat, ne lupus irruens hoſtilia perpetraret. Quaſdam quoque cantilenas in Nympharum honorem cecinerunt, vete-

1 Retraximus hanc lurimorum librorum lectionem, ſatis commodam h. l. Nonnulli tenent ὑποστορέσας, quod cum Mollo amplexus eſt Boden.

μένων ποιήματα. Νυκτὸς δὲ ἐπελθούσης, αὐτοῦ [1] κοιμηθέντες ἐν τῷ ἀγρῷ, τῆς ἐπιούσης τοῦ Πανὸς ἐμνημόνευον· καὶ τῶν τράγων τὸν ἀγελάρχην στεφανώσαντες πίτυος, προσήγαγον τῇ πίτυϊ· καὶ ἐπισπείσαντες οἴνου, καὶ εὐφημοῦντες τὸν θεὸν, ἔθυσαν, ἐκρέμασαν, ἀπέδειραν· καὶ τὰ μὲν κρέα ὀπτήσαντες καὶ ἑψήσαντες πλησίον ἔθηκαν ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τοῖς φύλλοις. Τὸ δὲ δέρμα κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν τῇ πίτυϊ πρὸς τῷ ἀγάλματι, ποιμενικὸν ἀνάθημα ποιμενικῷ θεῷ. ἀπήρξαντο καὶ τῶν κρεῶν· ἀπέσπεισαν καὶ κρατῆρος μείζονος· ἦσεν ἡ Χλόη· Δάφνις ἐσύρισεν.

κγ'. Ἐπὶ τούτοις κατακλίθεντες, ἤσθιον· καὶ αὐτοῖς ἐφίσταται ὁ Φιλητᾶς βουκόλος κατὰ τύχην, στεφανίσκους τινὰς τῷ Πανὶ κομίζων, καὶ βότρυς ἔτι ἐν φύλλοις καὶ κλήμασι· καὶ αὐτῷ τῶν παίδων ὁ νεώτα-

rum paſtorum carmina. Poſtquam nox advenit, ibidem in agro pernoctarunt, & die ſequenti Panis meminerunt: ſed & ex hircis ipſum gregis ducem, pinea redimitum corona, ad pinum adduxerunt, libatoque deſuper vino, bona verba Deo dicentes, mactarunt, ſuſpenderunt, pellem diripuerunt; carnes vero tam aſſatas, quam elixatas, frondibus impoſitas in prato appoſuerunt. Pellem una cum cornibus pinui iuxta Panis ſtatuam affixerunt, paſtorale donum paſtorali Deo. Primitias quoque carnium obtulerunt, & cratere capaciore libationem peregerunt. Voce Chloë, fiſtula cecinit Daphnis.

XXIII. Hiſce curatis diſcubuerunt, & cibo indulſerunt. Ibi forte fortuna ipſis ſupervenit Phileras bubulcus, nonnullas Pani afferens corollas, atque uvas adhuc in pampinis & palmitibus haerentes. Hunc filiorum

1 Αὐτοῦ, *ibidem*. Sic Cod. Urſin. probante eodem & Iungerm. quo & reliqui Codd. ducunt, αὐτοῦ κοιμηθέντες vitioſe exhibentes.

τος εἵπετο Τίτυρος, πυῤῥὸν παιδίον, καὶ γλαυκόν· λευκὸν δὲ παιδίον, καὶ ἀγέρωχον· καὶ ἤλλετο κοῦφα βαδίζων ὥσπερ ἔριφος. Ἀναπηδήσαντες οὖν συνεστεφάνουν τὸν Πᾶνα, καὶ τὰ κλήματα τῆς κόμης τῆς πίτυος ἐξήρτων· καὶ κατακλίναντες πλησίον αὐτῶν, πότον ἐποιοῦντο. Καὶ, οἷον δὴ γέροντες ὑποβεβρεγμένοι, πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον· ὡς ἔνεμον, ἡνίκα ἦσαν νέοι· ὡς πολλὰς ληστῶν καταδρομὰς διέφυγον· ἐσεμνύνετό τις, ὡς λύκον ἀποκτείνας· ἄλλος, ὡς μόνου τοῦ Πανὸς δεύτερα συρίσας· τοῦτο τοῦ Φιλητᾶ τὸ σεμνολόγημα ἦν. Ὁ οὖν Δάφνις καὶ ἡ Χλόη πάσας δεήσεις προσέφερον μεταδοῦναι καὶ αὐτοῖς τῆς τέχνης, συρίσαι τε ἐν ἑορτῇ θεοῦ σύριγγι χαίροντος. Ἐπαγγέλλεται Φιλητᾶς, καίτοι τὸ γῆρας ὡς ἄπνουν μεμψάμενος, καὶ ἔλαβε σύριγγα τὴν τοῦ Δάφνιδος. Ἡ δὲ ἦν μικρὰ πρὸς

natu minimus Tityrus comitabatur, crinibus ardentibus, caeſiis oculis, candidus puellus & laſciviens, qui ſaltu levi veluti haedulus quidam greſſus faciebat. Exſilientes igitur omnes ſimul Pani corollas imponebant, palmiteſque de fronde pini ſuſpendebant, atque, prope ſe diſcumbere Philetam iubentes, compotabant. Tum vero, ut facere amant ſenes, qui uvidi ſubbiberunt, varios inter ſe ſermones miſcebant: videlicet, quomodo circa iuventutis ſuae annos pecus paviſſent, quot latronum invaſiones evaſiſſent: quidam ſe lupum interfeciſſe gloriabatur: alius ſe, canendo, ſoli dumtaxat Pani ſecundum eſſe; quae erat Philetae gloriatio. Daphnis autem & Chloë nullas non preces adhibebant, ut & cum ipſis communicare artem iſtam vellet, fiſtulaque canere in illius Dei feſto, cui fiſtula eſſet in deliciis. Promittit Philetas, tametſi ſenectam uti iam inflando ineptam cauſatus, fiſtulamque accipit Daphnidis. Atqui

μεγάλην τέχνην, οἷα ἐν στόματι παιδὸς ἐμπνεομένη. πέμπει οὖν Τίτυρον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σύριγγα, τῆς ἐπαύλεως ἀπεχούσης σταδίους δέκα. Ὁ μὲν ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα, γυμνὸς ὥρμησε τρέχειν, ὥσπερ νεβρός.

κδ'. Ὁ δὲ Λάμων ἐπηγγείλατο αὐτοῖς τὸν περὶ τῆς σύριγγος ἀφηγήσασθαι μῦθον, ὃν αὐτῷ Σικελὸς αἰπόλος [1] ᾖσεν ἐπὶ μισθῷ τράγῳ καὶ σύριγγι. „Αὕτη ἡ σύριγξ τὸ ἀρχαῖον [2] οὐκ ἦν ὄργανον, ἀλλὰ παρθένος καλὴ, καὶ τὴν Φωνὴν μουσική. αἶγας ἔνεμεν, Νύμφαις συνέπαιζεν, ᾖδεν οἷον νῦν. Πὰν, ταύτης νεμούσης, παιζούσης, ᾀδούσης, προσελθὼν, ἔπειθεν ἐς ὅ, τι ἔχρηζε· καὶ ἐπηγγέλλετο τὰς αἶγας πάσας θήσειν διδυμοτόκους. ἡ δὲ ἐγέλα τὸν ἔρωτα αὐτοῦ, οὐδὲ ἐραστὴν,

ea erat exigua nimis pro arte magna, quippe quae ore pueri inflari ſoleret. Miſit igitur Tityrum, ut ſuam fiſtulam afferret, caſa inde diſtante ſtadiis decem. Is, abiecta penula, nudus, inſtar hinnuli currere geſtiit.

XXIV. Lamon autem pollicitus eſt ipſis, ſe fabulam de Syringe enarraturum, quam ipſi Siculus paſtor, mercede, hirco ſcilicet & fiſtula, adductus cecinerat. Haec fiſtula, inquit, olim non erat organum, ſed virgo forma eleganti & voce concinna. Capras paſcebat, cum Nymphis colludebat, canebat ſicuti nunc. Pan ad illam paſcentem, ludentem, canentem accedens, pellicere conatus eſt ad id, quod cupiebat, promittens ſe facturum, ut omnes caprae geminos partu ederent foetus. At illa amorem ipſius irridebat, & amaſium recipere ſe ne-

1 Hanc vocem, quae in omnibus edd. deeſt, e tribus Codd. reſtituit Dutens, approbante Villoiſono. Neque ſane recte abeſſe poteſt.

2 Elegantiſſimam hanc emendationem extudit Koenii (ad Gregor. de Dial. p. 196) ingenium, quae firmatur Amyoti verſione: *cette ſyringe n'étoit point* anciennement *un inſtrument de muſique.*

ἔφη, δέξασθαι μήτε τράγον, μήτε ἄνθρωπον ὁλόκληρον. Ὁρμᾷ διώκειν ὁ Πὰν ἐς βίαν· ἡ Σύριγξ ἔφευγε καὶ τὸν Πᾶνα καὶ τὴν βίαν· Φεύγουσα, κάμνουσα, ἐς δόνακας κρύπτεται, ἐς ἕλος ἀφανίζεται. Πὰν, τοὺς δόνακας ὀργῇ ταμὼν, τὴν κόρην οὐχ εὑρὼν, τὸ πάθος μαθὼν, τὸ ὄργανον νοεῖ, καὶ τοὺς καλάμους κηρῷ συνδήσας ἀνίσους, καθ' ὅτι καὶ ὁ ἔρως ἄνισος αὐτοῖς· καὶ ἡ τότε παρθένος καλὴ νῦν ἐστι σύριγξ μουσική.„

κε'. Ἄρτι πέπαυτο τοῦ μυθολογήματος ὁ Λάμων, καὶ ἐπῄνει Φιλητᾶς αὐτὸν, ὡς εἰπόντα μῦθον, ᾠδῆς γλυκύτερον, καὶ ὁ Τίτυρος ἐφίσταται τὴν σύριγγα τῷ πατρὶ κομίζων, μέγα ὄργανον, καὶ αὐλῶν [1] μεγάλων, καὶ ἵνα κεκήρωτο, τῷ χαλκῷ πεποίκιλτο. Εἴκασεν ἄν τις εἶναι ταύτην ἐκείνην, ἣν ὁ Πὰν πρῶτον

gabat, qui neque hircus neque homo integer foret. Pan cum impetu ſectari incipit, vim illaturus: Syrinx & Pana & vim fugiebat. Fugiendo defeſſa inter arundines ſe abſcondit, inque paludem immerſa evaneſcit. Pan, arundinibus prae ira ſucciſis, puella non reperta, hocce caſu animadverſo, organum hoc excogitat, diſpares calamos cera coniungens, ad teſtandum, illis diſparem fuiſſe amorem. Sic quae tunc temporis formoſa fuit virgo, nunc eſt fiſtula canora.

XXV. Commodum deſierat a fabuloſa narratione Lamon, & ipſum collaudabat Phileras, quaſi qui fabulam omni cantu ſuaviorem recitaſſet, cum affuit & Tityrus fiſtulam patri afferens, ingens organum, & ex ingeſtibus compactum calamis, quodque, ubi cera coaptatum, ibidem & aere diſtinctum erat. Coniectaſſet utique quiſquam, illam eſſe hanc fiſtulam, quam Pan pri-

1 Pro καὶ αὐλῶν Villoiſonus legendum coniecit καλαμων, quod & expreſſit Amyotus: *compoſé des plus groſſes cannes, que l'on trouve.*

ἐπῆξατο. Διεγερθεὶς οὖν ὁ Φιλητᾶς, καὶ καθίσας ἐν καθέδρᾳ ὄρθιον, πρῶτον μὲν ἀπεπειράθη τῶν καλάμων εἰ εὔπνοοι· ἔπειτα μαθὼν, ὡς ἀκώλυτον διατρέχει τὸ πνεῦμα, ἐνέπνει τὸ ἐντεῦθεν πολὺ καὶ νεανικόν· αὐλῶν τις ἂν ᾠήθη συναυλούντων ἀκούειν, τοσοῦτον ἦχει τὸ σύριγμα. Κατ' ὀλίγον δὲ τῆς βίας ἀφαιρῶν, εἰς τὸ τερπνότερον μετέβαλλε τὸ μέλος, καὶ πᾶσαν τέχνην ἐπιδεικνύμενος εὐνομίας μουσικῆς, ἐσύριττεν ὅσον βοῶν ἀγέλῃ πρέπον, οἷον αἰπολίῳ πρόσφορον, οἷον ποίμναις φίλον. Τερπνὸν ἦν τὸ ποιμενικόν· μέγα τὸ βοῶν· ὀξὺ τὸ αἰγῶν· ὅλως πάσας σύριγγας μία σύριγξ ἐμιμήσατο.

κστ'. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι σιωπῇ κατέκειντο τερπόμενοι· Δρύας δὲ ἀναστὰς καὶ κελεύσας συρίζειν διονυσιακὸν μέλος, ἐπιλήνιον αὐτοῖς ὄρχησιν ὠρχήσατο. καὶ

mum compegerat. Poſtquam itaque Philetas ſurrexiſſet, & poſuiſſet ſe in ſella corpore erecto, primum quidem calamorum periculum fecit, an inſpiranti dulciter ſonarent; tum ſentiens, ſpiritum ſine impedimento permeare, exinde alte & iuveniliter inflavit: adeo ut quis ſe tibiarum concentum audire putaſſet; tantum edebat ſonum. Paulatim vero vehementiam iſtam remittendo, in iucundiorem ſonum convertit modulationem, omnemque artem muſicam, qua paſcentia regi & duci poſſunt armenta & pecora, ambitioſe explicans & oſtentans, fiſtula canebat, quatenus armento quadraret boum, quatenus caprarum gregi conveniret, quale gregibus eſſet gratum. Suavis erat ovium cantus, boum vehemens, acutus capellarum: in ſumma, omnes fiſtulas una exprimebat fiſtula.

XXVI. Ceteri igitur taciti iacebant, iſta modulatione deliniti. At Dryas ſurgens, canereque iubens cantilenam Bacchicam, torcularíam ſaltationem ipſis ſaltare

ἐώκει ποτὲ μὲν τρυγῶντι· ποτὲ δὲ φέροντι ἀῤῥίχους· εἶτα πατοῦντι τοὺς βότρυς· εἶτα πληροῦντι τοὺς πίθους· εἶτα πίνοντι τοῦ γλεύκους. Ταῦτα πάντα οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο Δρύας καὶ ἐναργῶς, ὥστε ἐδόκουν βλέπειν καὶ τὰς ἀμπέλους, καὶ τὴν ληνὸν, καὶ τοὺς πίθους, καὶ ἀληθῶς Δρύαντα πίνοντα. Τρίτος δὴ γέρων οὗτος εὐδοκιμήσας ἐπ' ὀρχήσει, φιλεῖ Χλόην καὶ Δάφνιν· οἱ δὲ μάλα ταχέως ἀναστάντες, ὠρχήσαντο τὸν μῦθον τοῦ Λάμωνος· ὁ Δάφνις Πᾶνα ἐμιμεῖτο, τὴν Σύριγγα Χλόη· ὁ μὲν ἱκέτευε πείθων· ἡ δὲ ἀμελοῦσα ἐμειδία· ὁ μὲν ἐδίωκε, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀνύχων ἔτρεχε τὰς χηλὰς μιμούμενος· ἡ δὲ ἐνέφαινε τὴν κάμνουσαν ἐν τῇ φυγῇ· ἔπειτα Χλόη μὲν εἰς τὴν ὕλην ὡς εἰς ἕλος κρύπτεται. Δάφνις δὲ λαβὼν τὴν Φιλητᾶ σύριγγα τὴν μεγάλην, ἐσύρισε γοερὸν ὡς ἐρῶν· ἐρωτικὸν, ὡς πείθων· ἀνακλητικὸν, ὡς ἐπιζητῶν·

coepit, nunc referens vindemiantem, modo cophinos ferentem, deinde uvas calcantem, tum dolia implentem, denique bibentem muſtum. Quae omnia ita apte & perſpicue exhibuit Dryas, ut ſibi videre viderentur & vites, & prelum, & dolia, & re ipſa bibentem Dryantem. Hic ergo tertius ſenex, cum magnam ſaltando aſſecutus fuiſſet laudem, Chloën atque Daphnim eſt deoſculatus, qui ſtatim ſurgentes fabulam Lamonis ſaltant. Daphnis agebat Pana, Chloë Syringa. Ille ſuadere conando ſupplicabat; haec faſtidiendo eum deridebat. Ille biſulcas imitatus ungulas, ſummis pedum unguibus inſiſtens currebat; Chloë contra in ſilvam, quaſi in paludem, ſubducitur. Daphnis autem, arrepta illa grandi Philetae fiſtula, flebilem, ut amans, edebat cantum, amatorium, veluti ad amorem illiciens; revocatorium,

ὥστε Φιλητᾶς θαυμάσας, Φιλεῖ τε ἀναπηδήσας, καὶ τὴν σύριγγα χαρίζεται Φιλήτας· καὶ εὔχεται καὶ Δάφνιν καταλιπεῖν αὐτὴν ὁμοίῳ διαδόχῳ. Ὁ δὲ τὴν ἰδίαν ἀναθεὶς τῷ Πανὶ τὴν σμικράν, καὶ Φιλήσας ὡς ἐκ Φυγῆς ἀληθινῆς εὑρεθεῖσαν τὴν Χλόην, ἀπήλαυνε τὴν ἀγέλην συρίζων.

κζ'. Νυκτὸς ἤδη γεγενημένης, ἀπήλαυνε καὶ ἡ Χλόη τὴν ποίμνην, τῷ μέλει τῆς σύριγγος συνάγουσα· καὶ αἵ τε αἶγες πλησίον τῶν προβάτων ἦεσαν, ὅ τε Δάφνις ἐβάδιζεν ἐγγὺς τῆς Χλόης· ὥστε ἐνέπλησαν ἕως νυκτὸς ἀλλήλους, καὶ συνέθεντο θᾶττον τὰς ἀγέλας τῆς ἐπιούσης κατελάσαι· καὶ οὕτως ἐποίησαν. Ἅρτι γοῦν ἀρχομένης ἡμέρας, ἦλθον εἰς τὴν νομήν· καὶ τὰς Νύμφας προτέρας, εἶτα τὸν Πᾶνα προσαγορεύσαντες, τὸ ἐντεῦθεν ὑπὸ τῇ δρυῒ καθεσθέντες, ἐσύ-

instar requirentis; adeo ut Philetas, admiratione perculsus, subsiliret, eumque oscularetur, osculatusque donaret fistula, & optaret, ut similiter Daphnis eam pari relinqueret successori. Daphnis autem suam illam parvulam Pani suspendit, & osculatus Chloën, tanquam veram post fugam receptam, gregem fistula canendo abigebat.

XXVII. Nocte oborta, simul e pastu reduxit ovium gregem Chloë, suae fistulae cantu cogens: & caprae prope aderant ovibus, & Daphnis prope Chloën incedebat. Quare semet in noctem multis verbis ultro citroque habitis explevere, & constituerunt sequenti die maturius educere greges: atque ita fecerunt. Illucescente enim die, statim in pascua venerunt; & postquam Nymphas primum, deinde Pana salutassent, hinc sub quercu sedentes, fistula ludere coeperunt; exinde sua-

ριττον· εἶτα ἀλλήλους ἐφίλουν, περιέβαλλον, κατεκλίνοντο· καὶ οὐδὲν δράσαντες πλέον, ἀνίσταντο. Ἐμέλησεν αὐτοῖς καὶ τροφῆς· καὶ ἔπιον οἶνον, μίξαντες γάλα. Καὶ τούτοις ἅπασι θερμότεροι γενόμενοι καὶ θρασύτεροι, πρὸς ἀλλήλους ἤριζον ἔριν ἐρωτικήν· καὶ κατ' ὀλίγον εἰς ὅρκων πίστιν προῆλθον. Ὁ μὲν δὴ Δάφνις τὸν Πᾶνα ὤμοσεν ἑλβὼν ἐπὶ τὴν πίτυν, μὴ ζήσεσθαι μόνος ἄνευ Χλόης μηδὲ μιᾶς χρόνον ἡμέρας· ἡ δὲ Χλόη Δάφνιδι τὰς Νύμφας, εἰσελθοῦσα εἰς τὸ ἄντρον, τὸν αὐτὸν ἕξειν θάνατον καὶ βίον. Τοσοῦτον δὲ ἄρα τῇ Χλόῃ τὸ ἀφελὲς ἦν ὡς κόρῃ, ὥστε ἐξιοῦσα τοῦ ἄντρου, καὶ δεύτερον ἠξίου λαβεῖν ὅρκον παρ' αὐτοῦ· ὦ Δάφνι, λέγουσα, θεὸς ὁ Πὰν ἐρωτικός ἐστι καὶ ἄπιστος· ἠράσθη μὲν Πίτυος, ἠράσθη δὲ Σύριγγος. παύεται δὲ οὐδέποτε Δρυάσιν ἐνοχλῶν, καὶ Ἐπιμηλίσι Νύμφαις πράγμα-

via mutuo dabant, & accipiebant: ibant in amplexus alter alterius, ſimulque decumbebant, &, nihil ultra perpetrantes, iterum ſurgebant. Nec cibi incurioſi fuerunt, potuſque illis vinum lacte mixtum. Quibus omnibus calidiores audacioreſque redditi, inter ſe concertationem inſtituerunt amatoriam, & paulo poſt ad fidem iuramento ſtabiliendam proceſſerunt. Ad pinum progreſſus Daphnis, per Pana iuravit, ſe abſque Chloë ſolum in vita non manſurum ne unius quidem diei ſpatio: Chloë autem antrum ingreſſa, per Nymphas iurat, eandem cum Daphnide habituram ſe & mortem & vitam. Ea tamen Chloae, utpote puellae, erat ſimplicitas, ut antro egreſſa, denuo etiam ſibi ab illo iusiurandum putaret accipiendum: Daphni, dicens, Pan eſt Deus in amores propenſus & infidus. Amavit quippe Pinum, amavit & Syringa. Nunquam deſinit moleſtus eſſe Dryadibus, & Epimelidibus Nymphis negotium faceſſere. Ille

τα παρέχων· ὁ μὲν οὖν ἀμεληθεὶς ἐν τοῖς ὅρκοις ἀμελήσει σε κολάσαι, κἂν ἐπὶ πλείονας ἔλθῃς γυναῖκας τῶν ἐν τῇ σύριγγι καλάμων. σὺ δέ μοι τὸ αἰπόλιον τοῦτο ὄμοσον καὶ τὴν αἶγα ἐκείνην, ἥ σε ἀνέθρεψε, μὴ καταλιπεῖν Χλόην, ἕς τ' ἂν πιστὴ σοι μένῃ· ἄδικον δὲ εἶς σε καὶ τὰς Νύμφας γενομένην, καὶ φεῦγε, καὶ μίσει, καὶ ἀπόκτεινον, ὥσπερ λύκον. Ἥδετο ὁ Δάφνις ἀπιστούμενος· καὶ στὰς εἰς μέσον τὸ αἰπόλιον, καὶ τῇ μὲν τῶν χειρῶν αἰγὸς, τῇ δὲ τράγου λαβόμενος, ὤμνυε Χλόην φιλῆσαι· φιλοῦσαν· κἂν ἕτερον προκρίνῃ Δάφνιδος, αὐτὸν ἐκείνης αὐτὸν ἀποκτενεῖν. Ἡ δὲ ἔχαιρε, καὶ ἐπίστευεν ὡς κόρη καὶ νέμουσα, καὶ νομίζουσα τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα ποιμένων καὶ αἰπόλων ἰδίους θεούς.

igitur, etiamſi non ſteteris ſacramento, quo per eum te obſtrinxeris, non curabit de te ſumere poenas, quamvis ad tot feminas, quot ſunt in fiſtula calami, acceſſeris. Tu autem mihi per caprarum hunc gregem, perque capram illam, quae te educavit, iurato, te nunquam deſerturum Chloën, dum tibi fida manebit: erga te autem & Nymphas iniuſtam fugito, odio inſectator, quin occidito tanquam lupum. Laetabatur ſibi derogata fide Daphnis; & in medio caprarum grege ſtans, & altera manu capram, altera hircum prehendens, iuravit, ſe Chloën amantem amaturum; quod ſi alium Daphnidi praeferret, pro illa ipſum eſſe ſe occiſurum. Gaudebat, fidemque adhibebat Chloë, utpote puella, & puella, quae oves paſceret, quaeque capras & oves opilionum & capratiorum proprios eſſe Deos crederet.

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΚΕΦ. α'.

ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΙ δὲ ὡς ἤσθοντο τὸν κατάπλουν [1] τῶν δέκα νεῶν, καί τινες ἐμήνυσαν αὐτοῖς τὴν ἁρπα-

LONGI PASTORALIUM DE DAPHNIDE ET CHLOE LIBER TERTIUS.

CAP. I.

MITYLENAEI vero, ut hoſtilem illarum decem navium appulſum reſciverunt, atque ipſis nonnulli, qui ex agris

1 Sic omnes editiones & Codices praeter Florent. & Urſin. qui habent ἐπίπλουν, quod adoptavit Boden.

γὴν, ἐλθόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν· οὐκ ἀνασχετὸν νομίσαντες ταῦτα ἐκ Μηθυμναίων παθεῖν, ἔγνωσαν καὶ αὐτοὶ τὴν ταχίστην ἐπ' αὐτοὺς ὅπλα κινεῖν. καὶ καταλέξαντες ἀσπίδα τρισχιλίαν, καὶ ἵππον πεντακοσίαν, ἐξέπεμψαν κατὰ γῆν τὸν στρατηγὸν Ἵππασον, ὀκνοῦντες ἐν ὥρᾳ χειμῶνος τὴν θάλατταν. Ὁ δὲ ἐξορμηθεὶς, ἀγροὺς μὲν οὐκ ἐλεηλάτει τῶν Μηθυμναίων, οὐδὲ ἀγέλας καὶ κτήματα ἥρπαζε γεωργῶν καὶ ποιμένων, λῃστοῦ νομίζων ταῦτα ἔργα μᾶλλον, ἢ στρατηγοῦ· ταχὺ δὲ [1] ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ὡς ἐπιπεσούμενος ἀφρουρήτοις ταῖς πύλαις. Καὶ αὐτῷ σταδίους ὅσον ἑκατὸν ἀπέχοντι, κῆρυξ ἀπαντᾷ, σπονδὰς κομίζων· οἱ γὰρ Μηθυμναῖοι μαθόντες παρὰ τῶν ἁλωκότων, ὡς οὐδὲν ἴσασι Μιτυληναῖοι τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ γεωργοὶ

veniebant, populationem iſtam indicaverunt, indignum rati a Methymnaeis iſta pati, quanta fieri poſſet celeritate maxima adverſus illos arma movere decreverunt. Et conſcriptis tribus clypeatorum millibus, equitibus quingentis, miſerunt terra ſuum imperatorem Hippaſum, tempore hiberno maris fidem tentare non auſi. Hic igitur expeditione ſuſcepta, agros Methymnaeorum haudquaquam depopulabatur, nec greges aut bona diripiebat agricolarum atque paſtorum, ratus ſcilicet, id potius latronis, quam ducis eſſe: ſed illico ad civitatem ipſam feſtinabat, veluti portas minus cuſtoditas invaſurus. Verum illi, cum centum circiter ſtadia abeſſet ab urbe, inducias offerens occurrit praeco. Poſtquam enim Methymnaei edocti fuere a captivis, quod inſciis omnino Mitylenaeis haec omnia accidiſſent, quodque agrico-

1 Koen. ad Gregor. de Dial. p. 31 emendaverat ταχύνει δὲ, quod recepit cum Dutenſ. Villoiſ. Alii ὥρμησε, ἦγεν, ἐσπευσε, vel ἰσχνει, vel ſimile quid deeſſe ſuſpicantur. Sed oratio pendet a ſuperiori ἐξορμηθείς.

καὶ ποιμένες ὑβρίζοντες [1] τοὺς νεανίσκους ἔδρασαν ταῦτα, μετεγίνωσκον μὲν ὀξύτερα τολμήσαντες εἰς γείτονα πόλιν, ἢ σωφρονέστερα· σπουδὴν [2] δὲ εἶχον, ἀποδόντες πᾶσαν τὴν ἁρπαγὴν, ἀλλῶς ἐπιμίγνυσθαι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Τὸν μὲν οὖν κήρυκα τοῖς Μιτυληναίοις ὁ Ἵππασος ἀποστέλλει, καίτοι γε αὐτοκράτωρ στρατηγὸς κεχειροτονημένος· αὐτὸς δὲ τῆς Μηθύμνης ὅσον ἀπὸ δέκα σταδίων στρατόπεδον βαλλόμενος, τὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐντολὰς ἀνέμενε. Καὶ δύο διαγενομένων ἡμερῶν, ἐλθὼν ὁ ἄγγελος, τήν τε ἁρπαγὴν ἐκέλευσε κομίσασθαι, καὶ ἀδικήσαντα μηδὲν ἀναχωρεῖν οἴκαδε· πολέμου γὰρ καὶ εἰρήνης ἐν αἱρέσει

lae & paſtores in adoleſcentes contumelioſi, iſtorum facinorum auctores fuiſſent, ſtatim eos poenituit facti, praecipitanter magis, vel atrociter, quam prudenter, contra vicinam urbem ſuſcepti. Id autem praeſtare ſumma cum cura feſtinabant, & unice intendebant, ut, univerſa reſtituta rapina, tuto tam mari, quam terra, commercia exercerentur. Caduceatorem itaque iſtum ad Mitylenaeos Hippaſus mittit, quamquam imperator belli ſummus creatus eſſet, idque pro arbitrio ſtatuendi poteſtatem haberet. Ipſe a Methymna ad decem quaſi ſtadia caſtra metatus, mandata ab urbe ſua praeſtolabatur. Biduo interiecto nuntius adveniens illum praedam recipere, & nulla illis iniuria illata domum reverti iuſſit: nam cum illorum eſſet arbitrii pacem eligere, aut bel-

1 Magnopere arridet Villoiſoni coniectura, legentis: ὑβρίζοντας τοὺς νεανίσκους· nam illi Methymnaei iuvenes Daphim a ſuis abreptum vinculis conſtringere auſi fuerant. Atque ſic iam Amyotum legiſſe ex eius verſione videre licet. Et ſane totius orationis contextus hoc flagitare videtur.

2 Σπουδὴν, quod auctoritate trium Codd. Pariſ. nititur, recte vulgatae praetulit Villoiſ. quae eſt, σπουδὰν δὲ εἶχον.

γενόμενοι, τὴν εἰρήνην εὕρισκον κερδαλεωτέραν. Ὁ μὲν δὴ Μηθυμναίων καὶ Μιτυληναίων πόλεμος ἀδόκητον λαβὼν ἀρχὴν καὶ τέλος, οὕτω διελύθη.

β'. Γίνεται δὲ χειμὼν Δάφνιδι καὶ Χλόῃ τοῦ πολέμου πικρότερος. ἐξαίφνης γὰρ πεσοῦσα χιὼν πολλὴ, πάσας μὲν ἀπέκλεισε τὰς ὁδούς· πάντας δὲ κατέκλεισε τοὺς γεωργούς. Λάβροι μὲν οἱ χείμαρροι κατέῤῥεον· ἐπεπήγει δὲ κρύσταλλος· τὰ δένδρα ἐῴκει κατακλωμένοις· [1] ἡ γῆ πᾶσα ἀφανὴς ἦν, ὅτι μὴ περὶ πηγάς που καὶ ῥεύματα. οὔτ' οὖν ἀγέλην τις εἰς νομὴν ἦγεν, οὔτε αὐτὸς προῄει τῶν θυρῶν· ἀλλὰ πῦρ καύσαντες μέγα περὶ ὠδὰς ἀλεκτρυόνων, οἱ μὲν λίνον ἔστρεφον, οἱ δὲ αἰγῶν τρίχας ἔπλεκον, οἱ δὲ πάγας ὀρνίθων ἐσοφίζοντο. Τότε βοῶν ἐπὶ φάτναις φροντὶς ἦν ἄχυρον

lum, pacem utiliorem esse inveniebant. Porro illud Methymnaeos inter & Mitylenaeos bellum, insperato tam initio, quam fine, accepto, sic fuit compositum.

II. Verum hiems Daphnidi atque Chloae ipso bello longe acerbior oritur. Quippe nix densa repente lapsa omnes intercluſit vias, agricolasque omnes casis inclusit. Rapidi torrentes pleno flumine decurrebant, glacieſque concreverat. Arbores quasi putatae videbantur; terra universa cooperta, nusquam apparebat, nisi circa scatebras & fluvios. Nemo itaque gregem pabulatum educebat, vel ipse prodibat foras; sed luculentis focis accensis tempore gallorum cantus, alii lina versabant & intorquebant, alii caprinos contexebant pilos, alii tendiculas avibus capiendis artificioſe construebant. Tunc boves curabant in praesepibus palea; ca-

1 Arbores, nive ramos degravante, contusae videbantur. Eadem fere imago in Horatii I, 9, 1: *Vides, ut alta stet nive candidum Soracte, nec iam sustineant onus silvae laborantes.* Non igitur opus est emendatione Cl. Wyttenbachii, etsi ingenioſe, λελευκωμένοις corrigentis.

ἐσθιόντων, αἰγῶν καὶ προβάτων ἐν τοῖς σηκοῖς φυλλάδας, ὑῶν ἐν τοῖς συφεοῖς ἄκυλον καὶ βαλάνους. Ἀναγκαίας οὖν οἰκουρίας ἐπεχούσης ἅπαντας, οἱ μὲν ἄλλοι γεωργοὶ καὶ νομεῖς ἔχαιρον, πόνων τε ἀπηλλαγμένοι πρὸς ὀλίγον, καὶ τροφὰς ἑωθινὰς [1] ἐσθίοντες, καὶ καθεύδοντες μακρὸν ὕπνον· ὥστε αὐτοῖς τὸν χειμῶνα δοκεῖν καὶ θέρους καὶ μετοπώρου καὶ ἦρος αὐτοῦ γλυκύτερον. Χλόη δὲ καὶ Δάφνις ἐν μνήμῃ γενόμενοι τῶν καταλειφθέντων τερπνῶν, ὡς ἐφίλουν, ὡς περιέβαλλον, ὡς ἅμα τὴν τροφὴν προσεφέροντο, νύκτας τε ἀγρύπνους διῆγον καὶ λυπηρὰς, καὶ τὴν εἰαρινὴν [2] ὥραν ἀνέμενον ἐκ θανάτου παλιγγενεσίαν. Ἐλύπει δὲ

pras oveſque in caulis fronde; porcos in haris, iligneis querneiſque glandibus. Cum itaque omnes neceſſario domi detinerentur, ceteri agricolae atque paſtores agebant hilares, utpote qui a laboribus ad aliquantulum temporis liberati eſſent, cibumque matutinum ſumerent, longumque dormirent ſomnum; adeo ut ipſis hiems, aeſtate, autumno, immo ipſo vere iucundior videretur: at Chloë Daphniſque in memoriam intermiſſarum voluptatum revocati, ut oſculati inter ſe fuiſſent, ut in mutuos ſe dediſſent complexus, ut communi uſi fuiſſent eſca, iam noctes tranſigebant inſomnes atque moeſti, nihilque tam avide exſpectabant, quam vernum tempus, quo quaſi ex morte renatio ipſis eſſet futura. Do-

1 Equidem τροφὰς ἑωθινὰς non concoquo. Quidni potius εἰωθυίας, *cibum conſuetum*. Vix mihi temperavi, quin hoc in textum reciperem.

2 Non dubitanter in textum recepi coniecturam Iungermanni & prioris edit. Pariſ. quam & Dutens cum Villoiſono exhibuit. Prope ad eam accedunt Codd. Pariſ. altero εἰρινὴν, altero εἰαρεινῆς vitioſe exhibentium. Ex altero vero hoc vitioſo novum vitium enatum eſt, quod per omnes edd. propagatum eſt, nimirum εἰρήνης.

αὐτοὺς ἡ πήρα τις ἐλθοῦσα εἰς χεῖρας, ἐξ ἧς ἤσθιον· ἡ γαυλὸς ὀφθεὶς, ἐξ οὗ συνέπιον· ἡ σύριγξ ἀμελῶς ἐρριμμένη, δῶρον ἐρωτικὸν γεγενημένη. Εὔχοντο δὴ ταῖς Νύμφαις καὶ τῷ Πανὶ, καὶ τούτων αὐτοὺς ἐκλύσασθαι τῶν κακῶν, καὶ δεῖξαί ποτε αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀγέλαις ἥλιον· ἅμα τε εὐχόμενοι τέχνην ἐζήτουν, δι' ἧς ἀλλήλους θεάσονται. Ἡ μὲν δὴ Χλόη δεινῶς ἄπορος ἦν καὶ ἀμήχανος· ἀεὶ γὰρ αὐτῇ συνῆν ἡ δεκοῦσα μήτηρ, ἔριά τε ξαίνειν διδάσκουσα, καὶ ἀτράκτους στρέφειν, καὶ γάμου μνημονεύουσα· ὁ δὲ Δάφνις, οἷα σχολὴν ἄγων, καὶ συνετώτερος κόρης, τοιόνδε σόφισμα εὗρεν ἐς θέαν τῆς Χλόης.

γ'. Πρὸ τῆς αὐλῆς τοῦ Δρύαντος, ὑπ' αὐτῇ τῇ αὐλῇ, μυρρίναι μεγάλαι δύο, καὶ κιττὸς ἐπέφυκει. αἱ μυρρίναι πλησίον ἀλλήλων· ὁ κιττὸς δὲ ἀμφοτέρων μέ-

lor praeterea ipſis oboriebatur, ſi vel pera quaedam in manus eorum veniret, ex qua cibum antea depromſiſſent, vel mulctrum, unde prius ſimul potaſſent, vel fiſtula neglectim proiecta, quae quidem donum fuiſſet amatorium. Nymphas igitur & Pana precabantur, ut ipſos hiſce expedirent malis, ſibi gregibuſque ſolem tandem exhiberent, & una precando, quaerebant ſibi viam, qua ſe mutuo contemplarentur. Chloë autem admodum animi dubia conſiliique plane erat inops; namque illi ea, quae habebatur mater, ſemper aſſidebat, lanam carminare docens, & torquere fuſum, nonnunquam & ineundi coniugii mentionem iniiciens: Daphnis vero, utpote otium agens, & puella ſollertior, huiuſcemodi artem videndae Chloae excogitavit.

III. Ante caſam Dryantis, & quidem ſub ipſa caſa, myrti procerae duae & hedera conſita erat. Myrti iuxta ſe vicinae ſtabant, hedera vero in medio utriuſque

σος· ὥστε ἐφ' ἑκατέραν διαθεὶς τοὺς ἀκρέμονας ὡς ἄμπελος, ἄντρου σχῆμα διὰ τῶν φύλλων ἐπαλλαττόντων ἐποίει· καὶ ὁ κόρυμβος πολὺς καὶ μέγας ὅσος βότρυς κλημάτων ἐξεκρέματο. Ἦν οὖν πολὺ πλῆθος περὶ αὐτὸν τῶν χειμερινῶν ὀρνίθων, ἀπορία τῆς ἔξω τροφῆς· πολὺς μὲν κόψιχος, πολλὴ δὲ κίχλη, καὶ φᾶτται, καὶ ψᾶρες, καὶ ὅσον ἄλλο κιττοφάγον πτερόν. Τούτων τῶν ὀρνίθων ἐπὶ προφάσει θήρας ἐξώρμησεν ὁ Δάφνις, ἐμπλήσας μὲν τὴν πήραν ὀψημάτων μεμελιτωμένων, νομίζων δὲ ἐς πίστιν ἰξὸν καὶ βρόχους. Τὸ μὲν οὖν μεταξὺ σταδίων ἦν οὐ πλέον δέκα. Οὔπω δὲ ἡ χιὼν λελυμένη, πολὺν κάματον αὐτῷ παρέσχεν· ἔρωτι δὲ ἄρα πάντα βάσιμα, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ Σκυθικὴ χιών. Δρόμῳ οὖν πρὸς τὴν αὐλὴν ἔρχεται, καὶ ἀποσεισάμενος τῶν σκελῶν τὴν χιόνα, τούς τε βρόχους ἔστησε, καὶ τὸν ἰξὸν ῥάβδοις μακραῖς ἐπήλειψε· καὶ

erat, quae ad utramque ſuos diffundens ramos, haud ſecus ac vitis, formam antri foliis alternantibus praebebat; plurimus magnitudineque racemo par corymbus e palmitibus pendebat. Hinc iuxta hanc ingens avium hibernarum multitudo inopia victus compulſa, quem foris non inveniebat. Frequentes erant merulae, frequentes turdi, palumbes, atque ſturni, & quaecunque hederam depaſci amant volucres. Sub praetextu illius aucupii profectus eſt Daphnis, pera obſoniis mellitis repleta, & ad fidem faciendam viſcum & laqueos ſecum portans. Loci quidem intercapedo non excedebat ſtadia decem; at vero nix nondum reſoluta plurimum illi negotii faceſſebat: verum amori cuncta, ignis, aqua, immo nix ipſa Scythica, ſunt pervia. Igitur curſitando ad caſam pervenit, niveque cruribus decuſſa, laqueos collocavit, viſcumque virgis longis illevit; dehinc conſedit,

ἐκαθέζετο τὸ ἐντεῦθεν ὄρνιθας καὶ τὴν Χλόην μεριμνῶν. ἀλλ' ὄρνιθες μὲν καὶ ἦκον πολλοὶ καὶ ἐλήφθησαν ἱκανοί· ὥστε πράγματα μυρία ἔσχε συλλέγων αὐτοὺς καὶ ἀποκτιννὺς, καὶ ἀποδύων τὰ πτερά.

δ'. Τῆς δὲ αὐλῆς προῆλθεν οὐδείς, οὐκ ἀνὴρ, οὐ γυναίκιον, οὐ κατοικίδιος ὄρνις, ἀλλὰ πάντες τῷ πυρὶ παραμένοντες ἔνδον κατέκλειντο· ὥστε πάνυ ἠπορεῖτο ὁ Δάφνις ὡς οὐκ αἰσίοις ὄρνισιν ἐλθών· καὶ ἐτόλμα προφασιν σκηψάμενος ὥσασθαι διὰ θυρῶν, καὶ ἐζήτει πρὸς αὐτὸν ὅ, τι λεχθῆναι πιθανώτερον. Πῦρ ἐναυσόμενος ἦλθον· μὴ γὰρ οὐκ ἦσαν ἀπὸ σταδίου γείτονες. Ἄρτους αἰτησόμενος ἦκον· ἀλλ' ἡ πήρα μεστὴ τροφῆς. Οἴνου δέομαι· καὶ μὴν χθὲς καὶ πρώην ἐτρύγησας. Λύκος με ἐδίωκε· καὶ ποῦ τὰ ἴχνη τοῦ λύκου; Θηράσων

de avibus & de Chloë ſollicitus. Cetęrum volucres quidem & advolarunt complures, & capta fuit ipſarum ſatis magna copia; adeo ut mille modis occupatus eſſet Daphnis eas colligendo, necando, plumis nudando.

IV. Extra tamen villam nemo prodibat, nec mas, nec femina, immo ne quidem gallina villaris; ſed omnes ad ignem deſidentes intus erant concluſi: ita ut animi pendens, quo ſe verteret, Daphnis neſciret, veluti malis progreſſus avibus; & audebat ſane, modo commentitus fuiſſet ſpecioſam quandam rationem, foribus ſeſe inferre atque intrudere; ideoque ſecum deliberabat, quid bene dici poſſet, quod a veriſimilitudine minus abhorreret. Ignem accendere volebam. Scilicet intra ſtadii ſpatium vicinos non habebas? Panes petiturus acceſſi. Sed pera tibi plena cibi. Vino opus habeo. Atqui heri & nudius tertius vindemiaſti. Lupus me perſequebatur. Et ubinam lupi veſtigium? Ad aves capiendas ve-

ἀδικόμην τοὺς ὄρνιθας· τί οὖν θηράσας οὐκ ἄπει; Χλόην θεάσασθαι βούλομαι· πατρὶ δὲ τίς καὶ μητρὶ παρθένου ὁμολογεῖ; παίδων δὴ πανταχοῦ σιωπή· [1] ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἁπάντων ἀνύποπτον. Ἄμεινον ἄρα σιγᾶν. Χλόην δὲ ἦρος ὄψομαι, ἐπεὶ μὴ εἵμαρτο, ὡς ἔοικε, χειμῶνός με ταύτην ἰδεῖν.

ε'. Τοιαῦτα δή τινα διανοηθεὶς, καὶ τὰ θηραθέντα συλλαβὼν, ὥρμητο ἀπιέναι· καὶ, ὥσπερ αὐτὸν οἰκτείραντος τοῦ Ἔρωτος, τάδε γίνεται. Τράπεζαν εἶχον οἱ ἀμφὶ τὸν Δρύαντα· κρέα διηρεῖτο, ἄρτοι παρετίθεντο,

niebam. Cum eas igitur cepiſti, cur non abis? Chloën videre cupio. At enim patri & matri virginis quis hoc fateatur? Verum enimvero nihil ex his omnibus caret ſuſpicione. Melius itaque tacere. Puerorum ubique ſilentium. Chloën autem tempore verno videbo, quandoquidem fata, quod videtur, hieme hanc me cernere vetant.

V. His atque id genus aliis mente agitatis, ſuiſque, quas ceperat, avibus comprehenſis, abitum moliebatur. At, velut ipſius vicem Cupido miſeraretur, iſta accidunt. Dryas cum ſuis menſae accumbebat. Carnes diſtribuebantur, apponebantur panes, miſcebatur crater.

1 Locus haud dubie corruptus. Varia Villoiſonus tentat, coni. περὶ παρθένων δὴ πανταχοῦ σιωπὴ, hoc ſenſu: nemo virginis parentibus confitetur, ſe illius videndae cauſa venire; ſed de virginibus altum ubique ſilentium. Mox, eum Cod. Pariſ. pro παίδων offerret πταίων, malebat, inverſo ordine: ὁμολογεῖ; ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἀνύποπτον· πταίων δὴ πανταχοῦ σιωπήσω. ἄμεινον ἄρα σιγᾶν· *tunc ubique offendens, ſemper malas excuſationes afferens, ſilere cogar; melius igitur eſt me iam nunc ſilere.* Denique: πάντων (pro παίδων) δὴ παντοχοῦ σιωπὴ· ἄμεινον ἄρα σιγᾶν. Nullam tamen ſibi arridere coniecturam, ingenue ipſe fatetur. Nec meliora profert Iungerman. Equidem integrae ſententiae iacturam ante παίδων deprehendiſſe mihi videor, qua novam Chloës videndae rationem cogitaverat, quam his, παίδων κ. τ. λ. tanquam parum concinnam iterum abiicit.

κρατὴρ ἐκιρνᾶτο. εἷς δὴ κύων τῶν προβατευτικῶν ἀμέλειαν φυλάξας, κρέας ἁρπάσας ἔφυγε διὰ τῶν θυρῶν. Ἀλγήτας ὁ Δρύας (καὶ γὰρ ἦν ἐκείνου μοῖρα) ξύλον ἁρπασάμενος ἐδίωκε κατ' ἴχνος, ὥσπερ κύων. διώκων δὲ, καὶ κατὰ τὸν κιττὸν γενόμενος, ὁρᾷ τὸν Δάφνιν ἀνατεθειμένον ἐπὶ τοὺς ὤμους τὴν ἄγραν, καὶ ἀποσοβεῖν ἐγνωκότα. Κρέως μὲν καὶ κυνὸς αὐτίκα ἐπελάθετο· μέγα δὲ βοήσας, Χαῖρε, ὦ παῖ, περιεπλέκετο καὶ κατεφίλει, καὶ περιῆγεν ἔσω λαβόμενος. Μικροῦ μὲν οὖν ἰδόντες ἀλλήλους εἰς τὴν γῆν κατερρύησαν· μεῖναι δὲ καρτερήσαντες ὀρθοὶ, προσηγόρευσάν τε καὶ κατεφίλησαν· καὶ τοῦτο οἱονεὶ ἔρεισμα αὐτοῖς τοῦ μὴ πεσεῖν ἐγένετο. Τυχὼν δὲ ὁ Δάφνις παρ' ἐλπίδας καὶ φιλήματος καὶ Χλόης, τοῦ τε πυρὸς ἐκαθέσθη πλησίον, καὶ ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀπὸ τῶν ὤμων τὰς φάττας

Interea canis unus ex pecuariis, obſervata dominorum incuria, raptoque carnis fruſtulo, proripuit ſe foras ex aedibus. Aegre hoc ferens Dryas, quippe ipſius portio erat, arrepto baculo illum perſequebatur per veſtigia, veluti alius canis; & cum perſequendo iam ad hederam illam veniſſet, videt Daphnim ſuis ſibi humeris capras aves imponentem, & citato gradu abire parantem. Et ſtatim carnis & canis cura omni abiecta, alte exclamavit: Salve, puer; collumque eius invaſit, & oſculo dato, manu prehenſum intro ſecum adduxit. Parum certe tum abfuit, quin ſe mutuo conſpicientes Daphnis & Chloë in terram collapſi fuiſſent: obdurantes tamen erecti perſtare, ſalutaverunt ſe, & oſculo exceperunt; idque fulcri inſtar ipſis, ne caderent, fuit. Daphnis praeter ſpem & oſculo potitus & Chloë, prope ignem aſſedit, & in menſam ab humeris palumbas cum merulis

ἀπεφορτίσατο καὶ τοὺς κυψίχους· καὶ διηγεῖτο πῶς ἀσχάλλων πρὸς τὴν οἰκουρίαν, ὥρμησε πρὸς τὴν ἄγραν· καὶ ὅπως τὰ μὲν βρόχοις αὐτῶν, τὰ δὲ ἰξῷ λάβοι, τῶν μύρτων καὶ τοῦ κιττοῦ γλιχόμενα. Οἱ δὲ ἐπῄνουν τὸ ἐνεργόν· [1] καὶ ἐκέλευον ἐσθίειν, ὧν ὁ κύων κατέλιπεν. Ἐκέλευον δὲ τῇ Χλόῃ πιεῖν ἐγχέαι. καὶ ἡ χαίρουσα τοῖς τε ἄλλοις ὤρεξε, καὶ Δάφνιδι μετὰ τοὺς ἄλλους· ἐσκήπτετο γὰρ ὀργίζεσθαι, διότι ἐλθὼν, ἔμελλεν ἀποτρέχειν οὐκ ἰδών. Ὅμως μέντοι πρὶν προσενεγκεῖν, ἀπέπιεν· εἶθ' οὕτως ἔδωκεν. Ὁ δὲ, καίτοι διψῶν, βραδέως ἔπινε, παρέχων ἑαυτῷ διὰ τῆς βραδύτητος

deposuit, referens, quo pacto pertaesus continuo desidere domi, venatum proruperit, & quomodo nonnullas harum laqueis, alias viſco, myrtos atque hederam appetentes, ceperit. Illi contra novum hunc Apollinem, uti non minus & ipsum longe ferientem, collaudabant, & ad edendum invitabant, quae reliqua canis fecerat; Chloae vero, ut potum infunderet, mandabant. Tum ipsa hilari facie aliis porrexit, Daphnidi autem ultimo loco post ceteros. Simulabat enim se illi subiratam, quod istuc veniens, ne quidem invisis illis, curriculo domum reverti voluisset; attamen priusquam offerret, praelibans inde aliquantulum bibit, eique sic dedit. Ille, quantumvis sitiens, tarde bibebat, hac mora longiorem sibi volu-

1 Codd. fere & edd. τὸ ἰκάεργον· nisi quod unus Cod. Paris. offerat ἐνεργῶν, & Codd. Urſin. & Flor. ἐνεργόν. Ex ista Codd. lectione Heins. apud Iungermann. legendum proposuit, τὸν ἰκάεργον, hoc sensu: *laudabant eum, quod, tanquam alter Apollo, in aucupio felix fuisset.* Quae coniectura omnium paene Interpretum assensum tulit. Recepit eam quoque Villoisonus, cum ita plane in uno Cod. legi vidisset. Sed, ne illud moveam, doctrinam hanc ab istis hominibus admodum abhorrere, Longumque adeo hic parum decere, cur, quae vulgetur lectio, τὸ ἰκάεργον, mutari debeat, equidem nullus video. *Laudabant Daphnidis sollertiam, qui & e longinquo, viſco & laqueo usus, avibus insidiaretur.* Satis commode.

μακροτέραν ἡδονήν. Ἡ μὲν δὴ τράπεζα ταχέως ἐγένετο κενὴ ἄρτων καὶ κρεῶν· καθήμενοι δὲ περὶ τῆς Μυρτάλης καὶ τοῦ Λάμωνος ἐπυνθάνοντο, καὶ εὐδαιμόνιζον αὐτοὺς τοιούτου γηροτρόφου εὐτυχήσαντας. καὶ τοῖς ἐπαίνοις μὲν ἥδετο, Χλόης ἀκροωμένης· ὅτε δὲ κατεῖχον αὐτὸν ὡς θύσοντες Διονύσῳ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, μικροῦ δεῖν ὑφ' ἡδονῆς ἐκείνους ἀντὶ τοῦ Διονύσου προσεκύνησεν. Αὐτίκα οὖν ἐκ τῆς πήρας προσεκόμιζε μελιτώματα πολλὰ, καὶ τοὺς θηραθέντας δὲ τῶν ὀρνίθων· καὶ τούτους ἐς τράπεζαν νυκτερινὴν ἠτρέπιζον. Δεύτερος κρατὴρ ἵστατο, καὶ δεύτερον πῦρ ἀνεκαίετο· καὶ ταχὺ μάλα νυκτὸς γενομένης, δευτέρας τραπέζης ἐνεθορροῦντο· μεθ' ἣν τὰ μὲν μυθολογήσαντες, τὰ δὲ ᾄσαντες, εἰς ὕπνον ἐχώρουν, Χλόη μετὰ τῆς μητρὸς, Δρύας ἅμα Δάφνιδι. Χλόη μὲν οὖν οὐδὲν χρηστὸν ἦν, ὅτι μὴ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας

ptatem elaborans. Menſaque ſubito panibus carnibuſque vacua reddita, qui aſſidebant, ſuper Myrtale & Lamone rogitabant, & beatos eos praedicabant, qui talem ſenectutis ſuae altorem nacti eſſent. Et Daphnidi ſane, ipſum ita laudari, audiente Chloë, erat periucundum. Cumque illum praeterea detinerent, quod poſtridie ſacra facturi Baccho eſſent, parum abfuit, quin prae voluptate illos pro Baccho ipſo adoraſſet. Ideoque confeſtim ex pera ſua liba mellita non pauca depromſit, & captas aves; eaſque in coenam menſamque nocturnam apparaverunt. Secundus crater ſtatuebatur, alterque ignis denuo accendebatur; iamque nocte quam celerrime oborta, ſecundis explebantur ferculis, a quibus partim enarrando fabulas, partim canendo, cubitum ſecedebant, Chloë cum matre, Dryas una cum Daphnide. Atqui nihil inde utilitatis ad Chloën redibat, niſi quod craſtino

ὀφθησόμενος ὁ Δάφνις. Δάφνις δὲ κενὴν [1] τέρψιν ἐτέρπετο· τερπνὸν γὰρ ἐνόμιζε καὶ πατρὶ συγκοιμηθῆναι Χλόης· ὥστε καὶ περιέβαλλεν αὐτὸν καὶ κατεφίλει πολλάκις, ταῦτα πάντα ποιεῖν Χλόην ὀνειροπολούμενος.

στ'. Ὡς ἐγένετο ἡμέρα, κρύος μὲν ἦν ἐξαίσιον, καὶ αὖρα βόρειος ὑπέκαε πάντα. Οἱ δὲ ἀναστάντες θύουσι τῷ Διονύσῳ κριὸν ἐνιαύσιον, καὶ πῦρ ἀνακαύσαντες μέγα, παρεσκευάζοντο τροφήν. Τῆς οὖν Νάπης ἀρτοποιούσης, καὶ τοῦ Δρύαντος τὸν κριὸν ἕψοντος, σχολῆς ὁ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη λαβόμενοι, προῆλθον τῆς αὐλῆς ἵνα ὁ κιττός· καὶ πάλιν βρόχους στήσαντες, καὶ ἰξὸν ἐπαλείψαντες, [2] ἐθήρων πλῆθος οὐκ ὀλίγον ὀρνίθων. ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ φιλημάτων ἀπόλαυσις συνεχὴς, καὶ λόγων ὁμιλία τερπνή·

die iterum Daphnis eſſet adſpiciendus: inani gaudio ſeſe paſcebat Daphnis; ſuave namque ducebat vel cum Chloës parente una cubare; adeo ut eum quoque amplexaretur, & ſaepe oſcularetur, omnia nempe haec cum Chloë agere ſe ſomnians.

VI. Ut illuxit dies, frigus erat acerrimum, & vis Boreae adurebat omnia. Illi autem ſurgentes Baccho arietem mactant anniculum, nec non luculento igne accenſo, cibum apparant. Nape autem panem conficiente, & Dryante arietem elixante, otium Daphnis atque Chloë nacti, extra villam prodierunt, ubi erat hedera; iterumque pedicis poſitis, & virgis viſco illitis, vim haud ſpernendam avium ceperunt. Continuo interim mutuis fruebantur oſculis, iucundoſque ſermones ferebant:

1 Prior edit. Pariſ. coni. καιρὸν, quod probabat Boden. Male.

2 Omnes Codd. & edd. ante Vil. loiſonum, ἀπαλείλαντες, quod in ἐπαλ. abire iuſſerunt Weſſeling. Obſſ. I, 14, Valkenar. alii.

Διὰ σὲ ἦλθον, Χλόη. — Οἶδα, Δάφνι. — Διὰ σὲ ἀπολλύω τοὺς ἀβλίους κοψίχους· τίς οὖν σοι γίνομαι; [1] μέμνησό μου. — Μνημονεύω, νὴ τὰς Νύμφας, ἃς ὤμοσά ποτε εἰς ἐκεῖνο τὸ ἄντρον, εἰς ὃ ἥξομεν εὐθὺς, ἂν ἡ χιὼν ταχῇ. — Ἀλλὰ πολλή ἐστι, Χλόη, καὶ δέδοικα μὴ ἐγὼ πρὸ ταύτης ταχῶ. — Θάῤῥει, Δάφνι· θερμός ἐστιν ὁ ἥλιος. — Εἰ γὰρ οὕτως γένοιτο, Χλόη, θερμὸς, ὡς τὸ καῖον πῦρ τὴν καρδίαν τὴν ἐμήν. — Παίζεις ἀπατῶν με. — Οὐ, μὰ τὰς αἶγας, ἃς σύ με ἐκέλευες ὀμνύειν.

ζ'. Ταῦτα ἀντιφωνήσασα πρὸς τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη καθάπερ ἠχὼ, καλούντων αὐτοὺς τῶν περὶ τὴν Νάπην, εἰσέδραμον, πολὺ περιττοτέραν τῆς χθιζῆς θήραν νομίζοντες· καὶ ἀπαρξάμενοι τῷ Διονύσῳ κρατῆρος, ἥσθιον,

Propter te veni, Chloë. — Scio, Daphni. — Tua cauſa miſellas interimo merulas: in quo igitur ſum apud te pretio? Sis memor mei. — Tui memini, ita me ament Nymphae, per quas aliquando antro in illo iuravi, ad quod, ſimulac nix reſoluta fuerit, veniemus. — Verum alte cumulata iacet, Chloë; & metuo, ne ipſemet ante illam liqueſcam. — Eſto bono animo, Daphni: ſol namque fervet. — Utinam ira, mea Chloë, ferveat, quemadmodum flamma illa, meum quae adurit cor! — Iocos agis, & me decipis. — Non equidem, non per capras, per quas tu me iubebas iurare.

VII. Cum Chloë his verbis viciſſim Daphnidi reſpondiſſet velut echo, ipſos vocavit Nape; & curriculo intrarunt, praeda longe uberiori, quam heſterna fuerat, reportata. Tum vero Baccho primitiis de vino libatis,

1 Admodum ingenioſe Wyttenbachius haec verba: τίς οὖν σοι γίνομαι (ita legendum ſtatuit pro γινεμαι) Chloae tribuit hoc ſenſu: *Quo igitur me erga te animo affectum eſſe oportet?* cui Daphnis reſpondet: μίμνησό μου.

χιττῷ τὰς κεφαλὰς ἐστεφανωμένοι. καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἰαχχάσαντες καὶ εὐάσαντες, προὔπεμπον τὸν Δάφνιν, πλήσαντες αὐτοῦ τὴν πήραν κρεῶν καὶ ἄρτων. Ἔδωκαν δὲ καὶ τὰς Φάττας καὶ τὰς κίχλας Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ κομίζειν, ὡς αὐτοὶ θηράσοντες [1] ἄλλας, ἕς τ' ἂν ὁ χειμὼν μένῃ, καὶ ὁ κιττὸς μὴ λείπῃ. Ὁ δὲ ἀπῄει, φιλήσας αὐτοὺς πρότερους Χλόης, ἵνα τὸ ἐκείνης φίλημα καθαρὸν μείνῃ. Καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς ἦλθεν ὁδοὺς ἐπ' ἄλλαις τέχναις· ὥστε μὴ παντάπασιν αὐτοῖς γενέσθαι τὸν χειμῶνα ἀνέραστον.

η'. Ἤδη δὲ ἦρος ἀρχομένου, καὶ τῆς μὲν χιόνος λυομένης, τῆς δὲ γῆς γυμνουμένης, καὶ τῆς πόας ὑπανθούσης, [2] οἵ τε ἄλλοι νομεῖς ἦγον τὰς ἀγέλας εἰς νομήν, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων Χλόη καὶ Δάφνις, οἷα μείζονι δουλεύοντες ποιμένι. Εὐθὺς οὖν δρόμος ἦν ἐπὶ τὰς

epulabantur, capita redimiti hedera. Utque tempus fuit, Bacche & Evoë clamato, Daphnim dimiſerunt, ipſius pera carnibus & panibus prius repleta. Dederunt & illi palumbes ac turdos, Lamoni & Myrtalae afferendos, tanquam ipſi alios capturi, dum quidem hiems maneret, nec hedera deficeret. Daphnis itaque ſic abiit, oſculatus ceteros priores, quam Chloën, quo huius ſuavium purum illibatumque ſibi ſervaretur. Aliaſque ſaepe ad eos profectus eſt, alias atque alias rationes excogitando; ita ut ipſis non omnino invenuſta hiems effluxerit.

VIII. Ineunte iam vere, cum nix reſoluta, terraque detecta eſſet, & herbae vireſcerent, paſtores ceteri greges in paſcua educebant, & ante alios Chloë & Daphnis, utpote longe potentiori ſervientes paſtori. Illico

1 Plenius Cod. Pariſ. θηράσοντες ἄλλοτε ἄλλας, unde in textum admiſere Dutens & Villoiſ.

2 Ita Codd. Pariſ. & Urſ. Reliqui verbo ſimplici: ἀνθούσης. Sed alterum aptius.

Νύμφας καὶ τὸ ἄντρον· ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν Πάνα, καὶ τὴν πίτυν· εἶτα ἐπὶ τὴν δρῦν, ὑφ' ἣν καθίζοντες καὶ τὰς ἀγέλας ἔνεμον, καὶ ἀλλήλους κατεφίλουν. ἀνεζήτησάν τε καὶ ἄνθη, στεφανῶσαι θέλοντες τοὺς θεούς· τὰ δὲ ἄρτι ὁ ζέφυρος τρέφων καὶ ὁ ἥλιος θερμαίνων ἐξῆγεν· ὅμως δὲ εὑρέθη καὶ ἴα, καὶ νάρκισσος, καὶ ἀναγαλλὶς, καὶ ὅσα ἦρος πρωτοφορήματα. Ἡ μὲν Χλόη καὶ ὁ Δάφνις ἀπὸ αἰγῶν, καὶ ἀπὸ οἵων τινῶν γάλα νέον[1] καὶ τοῦτο, στεφανοῦντες τὰ ἀγάλματα, κατέσπεισαν. Ἀπήρξαντο καὶ σύριγγος, καθάπερ τὰς ἀηδόνας ἐς τὴν μουσικὴν ἐρεθίζοντες· αἱ δὲ ὑπεφθέγγοντο ἐν ταῖς λόχμαις, καὶ τὸν Ἴτυν κατ' ὀλίγον ἠκρίβουν, ὥσπερ ἀναμιμνησκόμεναι τῆς ᾠδῆς ἐκ μακρᾶς σιωπῆς.

igitur curſus ad Nymphas & antrum dirigitur: illinc ad Pana & pinum: deinde ad quercum, ſub qua ſedentes & greges paſcebant, & ſeſe invicem oſculabantur. Conquiſiverunt & flores, coronis ornare Deos volentes. Hos autem vix Zephyrus miti aura alendo, ſolque ſuo calore fovendo, educere incipiebant: tamen iam illis inventae ſunt violae, narciſſus, & anagallis, & ceterae veris primitiae. Chloë etiam & Daphnis caprarum oviumque lac ceperunt, idque, coronando ſimulacra, Diis libavere. Quin & fiſtulae primitias ſolverunt, tanquam luſcinias ad cantum provocantes, quae ex fruticetis & virgultis reſonabant, Itynque paulatim accurate exprimebant, veluti poſt longum ſilentium cantum

1 Oratio ſcabra, & parum concinna h. l. Naturalis ordo ita poſtulabat: Καὶ τούτοις στεφανοῦντες τὰ ἀγάλματα, ἡ μὲν Χλόη ἀπὸ αἰγῶν, καὶ ὁ Δάφνις ἀπὸ οἵων τινῶν γάλα νέον κατέσπεισαν. Ita fere in Cod. ſuo legiſſe videtur Amyot. niſi quod illa ἡ μὲν Χλόη καὶ ὁ Δάφνις omiſerit, quae & recte abeſſe poſſunt. Iungerm. ſupplendum cenſebat poſt γάλα νέον v. ἔλαβον. Nec melius Villoiſ. qui τινῶν in ἵππων mutare geſtiebat.

Ἐβληχήσατό που καὶ ποίμνιον· ἐσκίρτησάν που καὶ ἄρνες· καὶ ταῖς μητράσιν ὑποκλάσαντες [1] αὐτοὺς, τὴν θηλὴν ἔσπασαν· τὰς δὲ μήπω τετοκυίας οἱ κριοὶ καταδιώκοντες, καὶ καμάτῳ [2] στήσαντες, ἔβαινον ἄλλος ἄλλην. Ἐγίνοντο καὶ τράγων διώγματα, καὶ ἐς τὰς αἶγας ἐρωτικώτερα πηδήματα, καὶ ἐμάχοντο περὶ τῶν αἰγῶν· καὶ ἕκαστος εἶχεν ἰδίας, καὶ ἐφύλαττε, μή τις αὐτὰς μοιχεύσῃ λαβών.

Θ'. Καὶ γέροντας ὁρῶντας ἐξώρμησεν εἰς ἀφροδίτην τὰ τοιαῦτα θεάματα· οἱ δὲ νέοι καὶ σφριγῶντες καὶ πολὺν ἤδη χρόνον ἔρωτα ζητοῦντες, ἐξεκάοντο πρὸς τὰ ἀκούσματα, καὶ ἐτήκοντο πρὸς τὰ θεάματα, καὶ ἐζήτουν καὶ αὐτοὶ περιττότερόν τι φιλήματος καὶ περιβο-

memoria repetentes. Alibi etiam grex balabat, alibi & saltu lasciviebant agni, & matribus sese substernentes, mammam premebant. Quae vero nondum pepererant, hasce arietes persequentes, alius aliam subiectam & suppositam inibat. Hirci etiam sectabantur capras, inque illas lasciviores faciebant saltus, deque capellis pugnabant, & unusquisque suas habebat, & sollicite curabat, ne quis moechus clam eas adoriretur.

IX. Huiusmodi spectacula videntes vel ipsi senes, ad venerem irritati fuissent; illi vero & iuvenes, & praeterea prurientes, ac in aetatis fervore constituti, quique iam pridem amatorias appetebant voluptates, hisce auditis inflammabantur, hisce visis intabescebant, & ipsi aliquid requirebant, quod osculo amplexuque praestan-

1 Moll. coni. ὑποκαλύψαντες, quod assumsit Dutens; temere.

2 Codd. tres Paris. cum Flor. & Urs. κάτω στησαντες, eaque lectio Valkenarii & Villoisoni assensum tulit. Reliqui cum Amyoto vulgatum καμάτῳ στήσαντες & ipsum satis probum praeferunt. Similiter paulo post in eadem re: οὔτε ἐκεῖνοι κάμνουσι διώκοντες. Quare nihil mutandum censui.

λῆς, καὶ μάλιστα δὲ ὁ Δάφνις. Οἷα γοῦν ἐνηβήσας τῇ κατὰ τὸν χειμῶνα οἰκουρίᾳ καὶ ἀσχολίᾳ,[1] πρός τε τὰ Φιλήματα ὦργα, καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκιτάλιζε,[2] καὶ ἦν ἐς πᾶν ἔργον περιεργότερος καὶ θρασύτερος. ἤτει δὴ τὴν Κλόην χαρίσασθαί οἱ πᾶν ὅσον βούλεται, καὶ γυμνὴν γυμνῷ συγκατακλιθῆναι μακρότερον ἢ πρόσθεν εἰώθεσαν· τοῦτο γὰρ δὴ λείπειν τοῖς Φιλητᾶ παιδεύμασιν, ἵνα δὴ γένηται τὸ μόνον ἔρωτα παῦον Φάρμακον. Τῆς δὲ πυνθανομένης, τί πλέον ἐστὶ Φιλήματος καὶ περιβολῆς, καὶ αὐτῆς κατακλίσεως, καὶ τί ἔγνω δρᾶσαι γυμνὸς γυμνῇ ἐγκατακλινείς; τοῦτο, εἶπεν, ἃ οἱ κριοὶ ποιοῦσι τὰς ὄϊς, καὶ οἱ τράγοι τὰς αἶγας. Ὁρᾷς, ὡς μετὰ τοῦτο τὸ ἔργον, οὔτε ἐκεῖναι ἔτι

tius foret: tum praecipue Daphnis, quippe qui per hiemem domi ſervando & nihil agendo adoleviſſet, iam ad oſcula impatientius ferebatur, & ad complexus laſcivius geſtiebat, eratque in omni re venerea plus ſolito curioſior & audacior. Petebat ſane a Chloë, ut in omnibus, quae vellet, ſibi morem gereret, ſuique copiam ipſi faceret, nudaque cum nudo longius, quam antea conſueverant, concumberet: illud dicens adhuc deſiderari iuxta ea, quae praeceperat Philetas, tanquam unicum ſedando amori remedium. Chloae ſciſcitanti, quid amplius eſſet oſculo, amplexu & concubitu ipſo, quidve ſtatuiſſet patrare nudus nudae incumbendo: Illud, inquit, quod arietes ovibus, quod hirci capris faciunt. Vides, ut, hoc opere peracto, nec hae poſtea il-

1 Pro ἀσχολίᾳ Wyttenbach. legendum coni. σχολῇ vel ἀμελείᾳ. Villoiſ. vero, ἀεργίᾳ, iuxta Bionis: χείμα δύσεργον, ἐπεὶ καὶ χείματι πολλοὶ θαλπόμενοι θέλγονται ἀεργίᾳ τι καὶ ὕπνῳ.

2 Ita legendum ex praeſtantiſſima Toupii (Emend. in Suidam P. III, p. 137) coniectura, quem docte de h. v. agentem vide ſis. Vulgo legitur ἐσκυτάλιζε, pro quo Heinſ. & Iungermann. reponi volebant ἐσκυλάκιζε. Mollus vero, ἐσκύζα λίαν, peſſime.

Φεύγουσιν αὐτοὺς, οὔτε ἐκεῖνοι κάμνουσι διώκοντες· ἀλλ' ὥσπερ κοινῆς λοιπὸν ἀπολαύοντες ἡδονῆς συννέμονται; Γλυκύ τι, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ ἔργον, καὶ νικᾷ τὸ ἔρωτος πικρόν. Εἶτ' οὐχ ὁρᾷς, ὦ Δάφνι, τὰς αἶγας καὶ τοὺς κριοὺς καὶ τοὺς τράγους, καὶ τὰς οἷς, ὡς ὀρθοὶ μὲν ἐκεῖνοι δρῶσιν, ὀρθαὶ δὲ ἐκεῖναι πάσχουσιν· οἱ μὲν πηδήσαντες, αἱ δὲ κατανωτισάμεναι; σὺ δέ με ἀξιοῖς συγκατακλιθῆναι, καὶ ταῦτα γυμνήν; καίτοί γε ἐκεῖναι πόσον ἐνδεδυμένης ἐμοῦ λασιώτεραι; Πείθεται Δάφνις, καὶ συγκατακλινεὶς αὐτῇ πολὺν χρόνον ἔκειτο, καὶ οὐδὲν, ὧν ἕνεκα ὥργα, ποιεῖν ἐπιστάμενος, ἀνίστησιν αὐτὴν, καὶ κατόπιν περιεφύετο μιμούμενος τοὺς τράγους. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἀπορηθεὶς, καθίσας ἔκλαυσεν, εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέστερος εἰς τὰ ἔρωτος ἔργα.

ι'. Ἦν δέ τις αὐτῷ γείτων, γεωργὸς γῆς ἰδίας,

los refugiant, nec illi has infectando ſe poſtea fatigent; ſed communi deinceps veluti fruantur voluptate, atque una paſcantur. Dulce quid, ut videtur, hoc opus habet, atque amoris vincit amaritudinem. Quid? an non vides, Daphni, capras & hircos, ſicuti arietes & oves, quemadmodum recti illi faciant, & rectae contra iſtae patiantur; alteri nempe inſilientes, alterae vero dorſo impoſitos admittentes? Tu tamen a me petis, ut una recumbam, idque nuda? Atqui illae me, licet veſtibus amicta, quanto ſunt hirſutiores? Paret Daphnis, & concumbens cum ea, diu iacuit; neſciuſque quidquam eorum agere, quorum gratia tanto libidinis impetu concitabatur, illam erigit, & a tergo, hircos imitando, illi adhaeſit. At multo magis animi pendens, ploravit ſedens. quod arietibus rudior rerum amatoriarum eſſet.

X. Erat autem ipſi vicinus quidam, proprii agelli cul-

Χρῶμις τὸ ὄνομα, παρηβῶν ἤδη τὸ σῶμα. Τούτῳ γυναίκιον ἦν ἐπακτὸν ἐξ ἄστεος, νέαν καὶ ὡραῖον, καὶ ἀγροικίας ἀβρότερον· τούτῳ Λυκαίνιον ὄνομα ἦν. Αὕτη ὁρῶσα τὸν Δάφνιν καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρελαύνοντα τὰς αἶγας ἔωθεν εἰς νομὴν, νύκτωρ ἐκ νομῆς, ἐπεθύμησεν ἐραστὴν κτήσασθαι δώροις δελεάσασα, καὶ δή ποτε λοχήσασα μόνον, καὶ σύριγγα δῶρον ἔδωκε, καὶ μέλι ἐν κηρίῳ, καὶ πήραν ἐλάφου· εἰπεῖν δέ τι ὤκνει, τὸν Χλόης ἔρωτα καταμαντευομένη· πάνυ γὰρ ἐώρα προσκείμενον αὐτὸν τῇ κόρῃ. Πρότερον μὲν οὖν ἐκ νευμάτων καὶ γέλωτος συνεβάλετο τοῦτο· τότε δὲ ἐξ ἑωθινοῦ σκηψαμένη πρὸς Χρῶμιν ὡς παρὰ τίκτουσαν ἄπεισι γείτονα, κατόπιν αὐτοῖς κατηκολούθησε, καὶ εἴς τινα λόχμην ἐγκύψασα ἑαυτὴν, ὡς μὴ βλέποιτο, πάντα ἤκουσεν, ὅσα εἶπον· πάντα εἶδεν, ὅσα ἔπραξαν· οὐκ

tor, nomine Chromis, aetatis iam ad ſenectutem vergentis. Hic uxorem ex oppido duxerat, iuvenculam, nec non formoſam, atque feminis ruſticis venuſtiorem, cui nomen Lycaenium. Haec quotidie Daphnim conſpicata, mane ad paſcua capras ſuas, noctu e paſcuis abigentem, donis illum ineſcando ſibi conciliare amatorem concupivit. Aliquando ſoli inſidiata, fiſtulam ipſi, mel in favis, peramque de pelle cervina donavit. Quidquam tamen eloqui verebatur, cum Daphnidis erga Chloën amorem facile coniectaret; ipſum namque totum puellae addictum videbat: quod antea quidem ex nutibus & riſu poterat intelligere; tunc temporis vero mane, apud Chromin fingens ſe ad vicinam ire puerperam, a tergo illos eſt inſecuta, & in frutetum quoddam denſum irrependo ſeſe abdidit, ne conſpici poſſet, ſicque omnia, quae dixerunt, audivit, omnia, quae

ἔλαβεν αὐτὴν οὐδὲ κλαύσας ὁ Δάφνις. συναλγήσασα δὴ τοῖς ἀθλίοις, καὶ καιρὸν ἥκειν νομίσασα διττὸν, τὸν μὲν εἰς ἐκείνων σωτηρίαν, τὸν δὲ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐπιθυμίαν, ἐπιτεχνᾶταί τι τοιόνδε. Τῆς ἐπιούσης ὡς παρὰ τὴν γυναῖκα Λάβα [1] τὴν τίκτουσαν ἀπιοῦσα, φανερῶς ἐπὶ τὴν δρῦν, ἐν ᾗ [2] ἐκαθέζετο Δάφνις καὶ Χλόη, παραγίνεται, καὶ ἀκριβῶς μιμησαμένη τὴν τεταραγμένην· „Σῶσόν με, εἶπε, Δάφνι, τὴν ἀθλίαν. ἐκ γάρ μοι τῶν χηνῶν τῶν εἴκοσιν ἕνα τὸν κάλλιστον ἀετὸς ἥρπασε· καὶ, οἷα μέγα Φορτίον ἁράμενος, οὐκ ἐδυνήθη μετέωρος ἐπὶ τὴν συνήθη τὴν ὑψελὴν κομίσαι ἐκείνην πέτραν· ἀλλὰ εἰς τήνδε τὴν ὕλην τὴν ταπεινὴν ἔχων κατέπεσε. Σὺ τοίνυν, πρὸς τῶν Νυμφῶν καὶ τοῦ Πανὸς

patrarunt, vidit; ne flens quidem Daphnis illam latuit. Quare vicem horumce miſerorum dolens, rataque, geminam ſibi oblatam occaſionem, cum ſalutis ipſorum inveniendae, tum ſuae libidinis explendae, tale quid comminiſcitur. Poſtridie eius diei fingens, quaſi iterum ad coniugem Labae parturientem itaret, ad quercum aperte, ſub qua Chloë atque Daphnis ſedebant, accedit, accurateque animi conſternationem prae ſe ferens: Serva me, inquit, Daphni, miſeram: etenim ex anſeribus mihi, qui numero viginti erant, unum, eumque optimum, eripuit aquila, quem tamen, magno ſcilicet onere preſſa, non potuit alte evolando in ſolitam illam excelſam petram deportare, ſed in hancce humilem ſilvam cum eo decidit. Tu itaque, per Nymphas

1 Ita corr. Toup. in Addend. ad Theocr. p. 397, ut Longus, ut paſſim, etiam hic alluſerit ad Theocr. XIV, 24: Λάβα τοῦ γειτονος υἱός. Sed Tollius Doricum illud Theocriti in Λάβιν mutatum volebat. Vulgata tamen defenſorem nacta eſt Albertum ad Heſych. T. II, p. 406, qui per parentheſin τὸ λάβιν, *praetextum*, *cauſam*, n. γυναῖκα τίκτουσαν, intelligit. Paulo durius

2 Villoiſ. cum Wyttenbach. corr. ὑφ' ᾗ, citra neceſſitatem, puto.

ἐκείνου, εἰσελθὼν εἰς τὴν ὕλην, σῶσόν μου τὸν χῆνα· μόνη γὰρ δέδοικα εἰσελθεῖν· μὴ δὲ περιίδῃς ἀτελῆ μου τὸν ἀριθμὸν γενόμενον. Τάχα δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἀετὸν ἀποκτενεῖς, καὶ οὐκ ἔτι πολλοὺς ὑμῶν ἅρνας καὶ ἐρίφους ἁρπάσει. Τὴν δὲ ἀγέλην τέως Φρουρήσει Χλόη. πάντως αὐτὴν ἴσασιν αἱ αἶγες ἀεί σοι συννέμουσαν.„

ια'. Οὐδὲν τῶν μελλόντων ὑποπτεύσας ὁ Δάφνις, εὐθὺς ἀνίσταται, καὶ ἁράμενος τὴν καλαύροπα, κατόπιν ἠκολούθει τῇ Λυκαινίῳ· ἡ δὲ ἠγεῖτο ὡς μακροτάτω τῆς Χλόης. καὶ ἐπειδὴ κατὰ τὸ πυκνότατον ἐγένοντο, πηγῆς πλησίον καθίσαι κελεύσασα αὐτόν· „Ἐρᾷς, εἶπε, Δάφνι, Χλόης, καὶ τοῦτο ἔμαθον ἐγὼ νύκτωρ παρὰ τῶν Νυμφῶν. δι' ὀνείρατος ἐμοὶ τὰ χθιζά σου αἱ Νύμφαι διηγήσαντο δακρυα· καὶ ἐκέλευσάν σε σῶσαι διδαξαμένην τὰ ἔρωτος ἔργα. Τὰ δέ ἐστιν οὐ Φιλήματα καὶ περιβολὴ, καὶ οἷα δρῶσι κριοὶ καὶ τράγοι· ἀλλὰ

& Pana illum oro, hanc ingreſſus ſilvam, meum mihi ſerva anſerem, ſola enim intrare non auſim, neve ſinas anſerum meorum numerum ſic imminui. Fortaſſe & aquilam hanc ipſam interimes, neque amplius tam multos vobis agnos haedoſque rapiet. Ad cuſtodiam gregis interea relinquetur Chloë: omnino illam capellae norunt, tanquam perpetuam tibi in paſcendo ſociam.

XI. Daphnis, nihil futurorum ſuſpicatus, ſurgit e veſtigio, & ſumto pedo Lycaenium pone ſequitur, quae illum quam longiſſime a Chloë abducebat. Cumque iam, qua ſilva erat denſiſſima, veniſſent, iuſſo illo ſedere iuxta fontem; Amas, inquit, Daphni, Chloën; idque hac nocte ex Nymphis reſcivi. Hae mihi in ſomniis heſternas tuas lacrimas expoſuere, atque iuſſerunt, ut te res amatorias edocendo, ſervarem. Haec autem non ſunt ſuavia, & amplexus, & qualia faciunt arietes hir-

ταῦτα πηδήματα καὶ τῶν ἐκεῖ γλυκύτερα. πρόσεστι γὰρ αὐτοῖς χρόνος μακροτέρας ἡδονῆς. Εἰ δή σοι Φίλον ἀπηλλάχθαι κακῶν, καὶ ἐν πείρᾳ γενέσθαι ζητουμένων τερπνῶν, ἴθι, παραδίδου μοι τερπνὸν σαυτὸν μαθητήν· ἐγὼ δὲ χαριζομένη ταῖς Νύμφαις ἐκείναις διδάξω.„ Οὐκ ἐκαρτέρησεν ὁ Δάφνις ὑφ' ἡδονῆς, ἀλλ' ἅτε ἄγροικος καὶ αἰπόλος, ἐρῶν καὶ νέος, πρὸ τῶν ποδῶν καταπεσὼν, τὴν Λυκαίνιον ἱκέτευεν, ὅτι τάχιστα διδάξαι τὴν τέχνην, δι' ἧς, ὃ βούλεται, δράσει Χλόην· καὶ ὥσπερ τι μέγα καὶ θεόπεμπτον ἀληθῶς μέλλων διδάσκεσθαι, καὶ ἔριφον αὐτῇ δώσειν ἐπηγγείλατο, καὶ τυροὺς ἁπαλοὺς πρωτορρύτου γάλακτος, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Εὑροῦσα δὴ ἡ Λυκαίνιον αἰπολικὴν ἀφθονίαν, οἵαν οὐ προσεδόκησεν, ἤρχετο παιδεύειν τὸν Δάφνιν τοῦτον τὸν τρόπον. Ἐκέλευσεν αὐτὸν καθίσαι πλησίον αὐτῆς, ὡς

ιε'. Ὁ δὲ Ἄστυλος σχολὴν ἄγοντι τῷ πατρὶ προῤῥυεὶς, αἰτεῖ τὸν Δάφνιν εἰς τὴν πόλιν καταγαγεῖν, ὡς καλόν τε ὄντα, καὶ ἀγροικίας κρείττονα, καὶ ταχέως ὑπὸ Γνάθωνος καὶ τὰ ἀστυκὰ διδαχθῆναι δυνάμενον. Χαίρων ὁ πατὴρ δίδωσι· καὶ μεταπεμψάμενος

evocata foras Myrtala, Periimus, inquit, mea uxor. Adeſt tempus, ea revelandi, quae hactenus tecta fuere. Caprae & cuncta reliqua deſerta erunt: ſed, Pana atque Nymphas teſtor, etiamſi, quod aiunt, bos in ſtabulo ſim relinquendus, Daphnidis fortunam nequaquam reticebo; ſed, quod inveni expoſitum, dicam, quomodo educatum fuerit, indicabo, & quae cum illo expoſita fuerint, oſtendam. Diſcat ſceleſtus iſte Gnatho, & quis ſit ipſe, & quos amare audeat. Tu modo cura, ut haec mihi monumenta ſint promta parataque. Sic ubi inter ipſos convenit, ſe intro receperunt.

XV. Aſtylus ad patrem otium agentem advolans, petit, ut Daphnim ſibi liceat in urbem abducere, utpote formoſum praeſtantioremque, quam qui ruri degat, & brevi temporis ſpatio a Gnathone urbanos mores edocendum. Lubens pater conceſſit, atque arceſſitis Lamo-

τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην, εὐηγγελλίζετο αὐτοῖς, ὅτι Ἄστυλον θεραπεύσει λοιπὸν ἀντὶ αἰγῶν καὶ τράγων Δάφνις· ἐπηγγέλλετο δὲ δύο ἀντ' ἐκείνου δώσειν αὐτοῖς αἰπόλους. Ἐνταῦθα ὁ Λάμων, πάντων ἤδη συνερρυηκότων, καὶ ὅτι καλὸν ὁμόδουλον ἕξουσιν ἡδομένων, αἰτήσας λόγον, ἤρξατο λέγειν· „Ἄκουσον, ὦ δέσποτα, παρὰ ἀνδρὸς γέροντος ἀληθῆ λόγον· ἐπόμνυμι δὲ τὸν Πᾶνα, καὶ τὰς Νύμφας, ὡς οὐδὲν ψεύσομαι. Οὐκ εἰμὶ Δάφνιδος πατὴρ, οὐδ' εὐτύχησε Μυρτάλη μήτηρ γενέσθαι· ἄλλοι πατέρες ἐξέθηκαν τοῦτο τὸ παιδίον, ἴσως παιδίων πρεσβυτέρων ἄλις ἔχοντες· ἐγὼ δὲ εὗρον ἐκκείμενον, καὶ ὑπὸ αἰγὸς ἐμῆς τρεφόμενον· ἣν καὶ ἀποθανοῦσαν ἔθαψα ἐν τῷ περικήπῳ, Φιλῶν, ὅτι ἐποίησε μητρὸς ἔργα. Εὗρον αὐτῷ καὶ γνωρίσματα συνεκκείμενα· ὁμολογῶ, δέσποτα, καὶ φυ-

ni ac Myrtalae laetum afferebat nuntium, quod, pro capris hirciſque, Aſtylo deinceps daturus ſit operam Daphnis; pollicitus, pro illo duos illis ſe daturum caprarios. Tum Lamon, cum iam omnes confluxiſſent, atque, quod formoſum eſſent habituri conſervum, laetarentur, dicendi copiam petiit, ſicque profari coepit: Audi, here, ex viro ſene verum ſermonem: iuro Pana Nymphaſque, me nihil falſi eſſe dicturum. Non ſum ego Daphnidis pater, neque tam beata fuit Myrtale, ut talis adoleſcentis mater exſiſteret. Alii parentes hunc expoſuerunt infantulum, forſan grandiorum liberorum ſatis habentes. Ego inveni illum expoſitum, & a capra mea nutritum, quam etiam mortuam in horti ambitu ſepelivi, magno illam amore proſequens, quod matris officia praeſtitiſſet. Inveni & monumenta quaedam cum illo expoſita. Confiteor, domine, atque aſſervo iſta; fortunae

λάττω. Τύχης γάρ ἐστι μείζονος ἡ καθ' ἡμᾶς σύμβολα. Ἀστύλου μὲν οὖν εἶναι δοῦλον αὐτὸν, οὐχ ὑπερφανῶ, καλὸν οἰκέτην καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ δεσπότου· παροίνημα δὲ Γνάθωνος οὐ δύναμαι περιϊδεῖν γενόμενον· ὃς ἐς Μιτυλήνην αὐτὸν ἄγειν ἐπὶ γυναικῶν ἔργα σπουδάζει.„

ιστ'. Ὁ μὲν Λάμων ταῦτα εἰπὼν, ἐσιώπησε, καὶ πολλὰ ἀφῆκε δάκρυα. Τοῦ δὲ Γνάθωνος θρασυνομένου, καὶ πληγὰς ἀπειλοῦντος, ὁ Διονυσοφάνης εἰρημένοις ἐκπλαγεὶς, τὸν μὲν Γνάθωνα σιωπᾷν ἐκέλευσε, σφόδρα τὴν ὀφρῦν εἰς αὐτὸν τοξοποιήσας· τὸν δὲ Λάμωνα πάλιν ἀνέκρινε καὶ παρεκελεύετο τἀληθῆ λέγειν, μηδὲ ὅμοια πλάττειν μύθοις ἐπὶ τῷ κατέχειν ὡς υἱόν. Ὡς δὲ ἀτενὴς ἦν, καὶ κατὰ πάντων ὤμνυε θεῶν, καὶ ἐδίδου βασανίζειν αὐτὸν, εἰ διαψεύδεται, καθημέ-

namque altioris, quam ut nobis convenire poſſint, haec ſunt argumenta & indicia. Servum autem illum eſſe Aſtyli, videlicet famulum pulchrum domini pulchri atque boni, non aſpernor; at illum Gnathonis libidini & iniuriae exponi, id nullo modo tolerare poſſum; cum eum Gnatho ideo Mitylenen adducat, ut muliebria patiatur.

XVI. His dictis Lamon, multas in lacrimas effuſus, conticuit. Cum autem Gnatho audacius efferretur, verberaque minaretur, Dionyſophanes dictis obſtupefactus, Gnathoni ſilentium imperavit, torve ſupercilia in ipſum intorquens; & Lamonem iterum interrogavit, & iuſſit, ut ipſi vera reſponderet, neque conſimilia fabulis confingeret, quo ſic filium retinere poſſet. Cum autem Lamon firmus in verbis perſiſteret, perque omnes iuraret Deos, ſeque ad quaeſtionem offerret, ſi quid mentitus

νης τῆς Κλεαρίστης ἐβασάνιζε τὰ λελεγμένα. Τί δ' ἂν ἐψεύδετο Λάμων, μέλλων ἀνθ' ἑνὸς δύο λαμβάνειν αἰπόλους; πῶς δ' ἂν καὶ ταῦτα ἔπλασεν ἄγροικος; οὐ γὰρ εὐθὺς ἦν ἄπιστον, ἐκ τοιούτου γέροντος, καὶ μήτρας εὐτελοῦς, υἱὸν καλὸν οὕτω γενέσθαι; Ἐδόκει μὴ μαντεύεσθαι [1] ἐπιπλέον, ἀλλὰ ἤδη τὰ γνωρίσματα σκοπεῖν, εἰ λαμπρᾶς καὶ ἐνδοξοτέρας τύχης.

ιζ'. Ἀπῆει μὲν Μυρτάλη κομίσουσα πάντα, φυλαττόμενα ἐν πήρᾳ παλαιᾷ. Κομισθέντα πρῶτος Διονυσοφάνης ἔβλεπε, καὶ ἰδὼν χλαμύδιον ἀλουργὲς, πόρπην χρυσήλατον, ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον, μέγα βοήσας, ὦ Ζεῦ δέσποτα, καλεῖ τὴν γυναῖκα θεασομένην. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, μέγα καὶ αὐτὴ βοᾷ· „Φίλαι Μοῖραι· οὐ ταῦτα ἡμεῖς συνεθήκαμεν [2] ἰδίῳ παιδὶ, καὶ εἰς

fuiſſet, aſſidente Clearista, dicta examinabat. Quare Lamon mentiretur, cum pro uno duos accepturus ſit caprarios? Quomodo haec commentitus fuiſſet homo ruſticus? Nonne ſtatim fuerat incredibile, ab tali ſenecione atque matre vili filium tam inſigni forma progenitum fuiſſe? Placuit non ulterius coniecturis inhaerere, ſed ipſa inſpicere monumenta, num illa ſplendidioris inſignioriſque fortunae eſſent.

XVII. Abiit Myrtale, cuncta allatura, quae vetuſta in pera aſſervabantur. Allata primus inſpiciebat Dionyſophanes, viſiſque chlamydicula purpurea, fibula ex auro fabrefacta, gladiolo eburneum habente capulum, valide exclamando, o Iuppiter dominator! advocavit uxorem, ut & ipſa intueretur. Quae ut vidit, altum & ipſa exclamavit: Carae Parcae! Nonne haec ſunt, quae una cum noſtro filiolo exponenda curavimus? Nonne haec

1 Unus ex Urſini Codicibus habet *ματεύεσθαι*, quod cum Mollo arripuit Boden. Sed alterum doctius. Eſt vero, *coniecturis indulgere*. Chariton VIII, pag. 139: ἄλλος ἄλλο τι ἐμαντεύετο.

2 Villoiſ. reponi iubet *συνεκ-*

τούτους τοὺς ἀγροὺς νομίσουσαν Σωφροσύνην ἀπεστείλαμεν; Οὐκ ἄλλα μὲν οὖν, ἀλλὰ ταῦτα, φίλε ἄνερ· ἡμέτερόν ἐστι τὸ παιδίον· σὸς υἱός ἐστι Δάφνις, καὶ πατρῴας ἔνεμεν αἶγας.„ Ἔτι λεγούσης αὐτῆς, καὶ τοῦ Διονυσοφάνους τὰ γνωρίσματα φιλοῦντος, καὶ ὑπὸ περιττῆς ἡδονῆς δακρύοντος, ὁ Ἄστυλος συνεὶς ὡς ἀδελφός ἐστι, ῥίψας ἱμάτιον, ἔθει κατὰ τοῦ παραδείσου, πρῶτος τὸν Δάφνιν φιλῆσαι θέλων. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν μετὰ πολλῶν καὶ βοῶντα Δάφνις, νομίσας ὅτι συλλαβεῖν αὐτὸν βουλόμενος τρέχει, ῥίψας πήραν καὶ τὴν σύριγγα, πρὸς τὴν θάλατταν ἐφέρετο, ῥίψων ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς μεγάλης πέτρας. Καὶ ἴσως ἂν, τὸ καινότατον, εὑρεθεὶς ἀπολώλει Δάφνις, εἰ μὴ συνεὶς ὁ Ἄστυλος ἐβόα πάλιν· „Στῆθι, Δάφνι, μηδὲν φοβηθῇς· ἀδελφός εἰμί σου, καὶ γονεῖς οἱ μέχρι νῦν δεσπόται.

in hos ipſos agros aſportaturam Sophroſynen miſimus? Non ſunt alia certe, ſed ipſamet haec ſunt, marite cariſſime. Noſtra haec proles: tuus filius Daphnis eſt, & paternas capellas pavit. Illa adhuc loquente, Dionyſophaneque ſigna haec deoſculante, praeque nimio gaudio lacrimas fundente, Aſtylus intelligens, ſuum eſſe fratrem, ſtatim abiecto pallio, curſu tendebat per hortum, primus oſculari Daphnim volens. Cum autem illum vidiſſet multis ſtipatum clamantemque Daphnis, ratus illum accurrere, ut ipſi manus iniiciat, pera fiſtulaque abiectis, ad mare ferebatur, ſe praecipitem de excelſa petra daturus. Et fortaſſe, quod novum & inſolens, inventus periiſſet Daphnis, niſi, re intellecta, Aſtylus clamitaſſet iterum: Siſte gradum, Daphni, & nihil reformida. Frater tuus ſum, & parentes tui ſunt, qui hacte-

θήκαμεν. Debuit ſaltem eſſe in pedeſtri ſcriptore, qui formam poëticam non admodum ſectatur, συνιξιθήκαμεν.

Νῦν ἡμῖν Λάμων τὴν αἶγα εἶπε, καὶ τὰ γνωρίσματα ἔδειξεν· ὅρα δὲ ἐπιστραφεὶς, πῶς ἵασι Φαιδροὶ καὶ γελῶντες. Ἀλλ' ἐμὲ πρῶτον φίλησον· ὄμνυμι δὲ τὰς Νύμφας, ὡς οὐ ψεύδομαι.„ Μόλις μετὰ τὸν ὅρκον ἔστη, καὶ τὸν Ἄστυλον τρέχοντα περιέμεινε, καὶ προσελθόντα κατεφίλησεν. Ἐν ᾧ δὲ ἐκεῖνον ἐφίλει, πλῆθος τὸ λοιπὸν ἐπιῤῥεῖ θεραπόντων, θεραπαινῶν, αὐτὸς ὁ πατὴρ, ἡ μήτηρ μετ' αὐτοῦ. Οὗτοι πάντες περιέβαλλον, κατεφίλουν χαίροντες, κλαίοντες. Ὁ δὲ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα πρὸ τῶν ἄλλων ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ, ὡς πάλαι εἰδὼς, προσεστερνίζετο, καὶ ἐξελθεῖν τῶν περιβολῶν οὐκ ἤθελεν· οὕτω φύσις ταχέως πιστεύεται. Ἐξελάθετο καὶ Χλόης παρ' ὀλίγον.

ιή. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, ἐσθῆτά τε ἔλαβε πολυτελῆ, καὶ παρὰ τὸν πατέρα τὸν ἴδιον καθεσθεὶς,

nus heri exſtiterunt. Nunc nobis Lamon de capra rem omnem narravit, & monumenta oſtendit. Vide, converſus, quam laeti incedant, quamque hilari vultu. Verum me primum oſculeris: iuro per Nymphas, me nihil mentiri. Vix poſt iusiurandum hoc ſtetit, & Aſtylum occurrentem exſpectavit, atque accedentem oſculo excepit. Interea loci, dum illum oſculatur, cetera multitudo adeſt, ſervorum ancillarumque turba affluit, quin & pater una cum matre. Hic omnes illum amplexabantur, deoſculabantur, cum gaudio atque fletu. At Daphnis patrem & matrem ante alios tenerrimo affectu complectebatur, & quaſi iam pridem noſſet, adpectorabatur, exireque amplexibus recuſabat: tam cito ſibi invenit natura fidem. Et parum aberat, quin Chloës in hoc temporis articulo oblivíſceretur.

XVIII. Cumque iam veniſſet ad villam, pretioſam accepit veſtem, iuxtaque genuinum patrem collocatus,

ἤκουεν αὐτοῦ λέγοντος οὕτως· „Ἔγημα, ὦ παῖδες, κομιδῇ νέος, καὶ χρόνου διελθόντος ὀλίγου, πατὴρ, ὡς ᾠόμην, εὐτυχὴς ἐγεγόνειν. ἐγίνετο γάρ μοι πρῶτος υἱὸς, καὶ δευτέρα θυγάτηρ, καὶ τρίτος Ἄστυλος. Ὠμην ἱκανὸν εἶναι τὸ γένος, καὶ γενόμενον ἐπὶ πᾶσι τοῦτο παιδίον ἐξέθηκα· οὐ γνωρίσματα ταῦτα συνεκθεὶς, ἀλλὰ ἐνταφια. Τὰ δὲ τῆς τύχης ἄλλα βουλεύματα. ὁ μὲν γὰρ πρεσβύτερος παῖς καὶ ἡ θυγάτηρ ὁμοίᾳ νόσῳ μιᾶς ἡμέρας ἀπώλοντο· σὺ δέ μοι προνοίᾳ θεῶν ἐσώθης, ἵνα πλείους ἔχωμεν χειραγωγούς. Μήτε οὖν σύ μοι μνησικακήσῃς ποτὲ τῆς ἐκθέσεως· ἑκὼν γὰρ οὐκ ἐβουλευσάμην· μήτε σὺ λυπηθῇς, Ἄστυλε, μέρος λῃψόμενος ἀντὶ πάσης τῆς οὐσίας· κρεῖττον γὰρ τοῖς εὐφρονοῦσιν ἀδελφοῦ κτῆμα οὐδέν· ἀλλὰ φιλεῖτε ἀλλήλους

eum ad hunc modum ſermocinantem auſcultavit. Uxorem duxi, mei filii, admodum iuvenis, atque exiguo interiecto temporis ſpatio, genitor, ut ego arbitrabar, fortunatus eram. Primus enim partus filius erat, alter filia, tertius Aſtylus. Ratus itaque hoſce ſufficere generi noſtro, prognatum poſt omnes hunc puellum exponendum curavi; expoſitis his una, non veluti monumentis, verum potius ut funebribus ornamentis. At aliter viſum fuit fortunae. Natae quippe maior filius & ipſa filia eodem morbo uno die perierunt; at tu Deorum providentia mihi ſervatus es, quo plures in ſenectute manuductores haberemus. Cave unquam malevolo in me ſis animo ob hanc tui expoſitionem; volente enim animo id haudquaquam a me conſultum eſt. Neque eſt, Aſtyle, quod doleas, licet pro aſſe ſemiſſem totius hereditatis accepturus. Hominibus enim ſapientibus nulla fratre praeſtantior eſt poſſeſſio. Quin immo

λους, καὶ χρημάτων ἕνεκα καὶ βασιλεῦσιν ἐρίζετε. πολλὴν μὲν ὑμῖν καταλείψω γῆν, πολλοὺς δὲ οἰκέτας δεξιοὺς, χρυσὸν, ἄργυρον, ὅσα ἄλλα εὐδαιμόνων κτήματα· μόνον ἐξαίρετον τοῦτο Δάφνιδι τὸ χωρίον δίδωμι, καὶ Λάμωνα καὶ Μυρτάλην, καὶ τὰς αἶγας, ἃς αὐτὸς ἔνεμεν.„

ιϑ'. Ἔτι αὐτοῦ λέγοντος, Δάφνις ἀναπηδήσας, „καλῶς με, εἶπε, ταῦτα, πάτερ, ἀνέμνησας· ἄπειμι τὰς αἶγας ἀπάξων ἐπὶ τὸν ποτὸν, αἵ που νῦν διψῶσαι παραμένουσι [1] τὴν σύριγγα τὴν ἐμὴν, ἐγὼ δὲ ἐνταυθοῖ καθέζομαι.„ Ἡδὺ πάντες ἐγέλασαν, ὅτι δεσπότης γεγενημένος, ἔτι ϑέλει εἶναι αἰπόλος· καὶκείνας μὲν ϑεραπεύσων ἐπέμφϑη τις ἄλλος. Οἱ δὲ ϑύσαντες Διὶ σωτῆρι, συμπόσιον συνεκρότουν. Εἰς τοῦτο τὸ συμπόσιον μόνος οὐχ ἧκε Γνάθων· ἀλλὰ φοβούμενος, ἐν τῷ νεῷ τοῦ Διονύσου καὶ τὴν ἡμέραν ἔμεινε, καὶ τὴν νύ-

vos mutuo amate, & quoad opes vel cum regibus contendite. Magna enim vobis latifundia relinquam, multos famulos induſtrios, aurum, argentum, & quaecunque alia divites poſſidere ſolent. Praecipuum tantum Daphnidi hunc agrum do, nec non Lamonem atque Myrtalam, ipſaſque, quas ipſemet pavit, capellas.

XIX. Illo etiamnum loquente, Daphnis proſiliens, Recte illa, inquit, mihi in memoriam revocaſti. Exeo capras ducturus ad potum, quae alicubi ſitientes meam exſpectant fiſtulam; ego vero hic ſedeo. Riſerunt ſuaviter omnes, quod dominus factus, etiamnum caprarius eſſe vellet. Et alius quidem miſſus fuit, qui illarum curam ageret; hi autem, ſacris Iovi ſervatori factis, laeti agitaverunt convivium. Ad hoc ſolus non acceſſit Gnatho, qui, timore perculſus, in Bacchi fano, tanquam

1 Abreſch. Dilucid. Thucyd. p. 674, vere emendat περιμένουσι.

κτα, ὥσπερ ἱκέτης. Ταχείας δὲ φήμης εἰς πάντας ἐλθούσης, ὅτι Διονυσοφάνης εὗρεν υἱὸν, καὶ ὅτι Δάφνις ὁ αἰπόλος, δεσπότης τῶν ἀγρῶν εὑρέθη, ἅμα ἕῳ συνέτρεχον ἄλλος ἀλλαχόθεν, τῷ μὲν μειφακίῳ συνηδόμενοι, τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ δῶρα κομίζοντες· ἐν οἷς καὶ ὁ Δρύας πρῶτος, ὁ τρέφων τὴν Χλόην. Ὁ δὲ Διονυσοφάνης κατεῖχε πάντας κοινωνοὺς μετὰ τὴν εὐφροσύνην καὶ τῆς ἑορτῆς ἐσομένης· παρεσκεύαστο δὲ πολὺς μὲν οἶνος, πολλὰ δὲ ἄλευρα, ὄρνιθες ἔλειοι, χοῖροι γαλαθηνοὶ, μελιτώματα ποικίλα· καὶ ἱερεῖα δὲ πολλὰ τοῖς ἐπιχωρίοις θεοῖς ἐθύετο. Ἐνταῦθα ὁ Δάφνις συναθροίσας πάντα τὰ ποιμενικὰ κτήματα, διένειμεν ἀναθήματα τοῖς θεοῖς· τῷ Διονύσῳ μὲν ἀνέθηκε τὴν πήραν, καὶ τὸ δέρμα· τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα, καὶ τὸν πλάγιον αὐλόν· τὴν καλαύροπα ταῖς Νύμφαις, καὶ τοὺς γαυλοὺς, οὓς αὐτὸς ἐτεκτήνατο. Οὕτω δὲ ἄρα τὸ

ſupplex, diem atque noctem manſit. Cum autem fama ad omnium aures perveniſſet, Dionyſophanem ſuum inveniſſe filium, atque Daphnim illum caprarium, agrorum dominum factum fuiſſe, prima luce alii aliunde confluxerunt, adoleſcenti gratulantes, patri autem munera conferentes; inter quos primus Dryas, qui Chloën aluerat. Omnes autem detinuit Dionyſophanes, ut poſt hanc laetitiam etiam feſto intereſſent. Ingens autem erat vini apparatus, nec minor farinae; aves paluſtres, porcelli ſubrumi, mellearum placentarum ſcitamenta varia; multae etiam victimae Diis patriis mactabantur. Tum Daphnis, reculis omnibus paſtoralibus collectis, donaria Diis diſtribuit: Baccho quidem peram atque pellem conſecravit, Pani vero fiſtulam & tibiam obliquam; pedum autem Nymphis, ſicut & mulctralia, quae ipſe fabricaverat. Adeo autem id, cui aſſuevimus, nova & in-

σύνηθες ξενιζούσης εὐδαιμονίας τερπνότερόν ἐστιν, ὥστε ἐδάκρυεν ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ἀπαλλαττόμενος· καὶ οὔτε τοὺς γαυλοὺς ἀνέδηκε, πρὶν ἀμέλξαι, οὔτε τὸ δέρμα, πρὶν ἐνδύσασθαι, οὔτε τὴν σύριγγα, πρὶν συρίσαι· ἀλλὰ καὶ ἐφίλησεν αὐτὰ πάντα, καὶ τὰς αἶγας προσεῖπε, καὶ τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί· τῆς μὲν γὰρ πηγῆς καὶ ἔπιεν, ὅτι πολλάκις καὶ μετὰ Χλόης. Οὔπω δὲ ὡμολόγει τὸν ἔρωτα, καιρὸν παραφυλάττων.

κ'. Ἐν ᾧ δὲ Δάφνις ἐν θυσίαις ἦν, τάδε γίνεται περὶ τὴν Χλόην. Ἐκάθητο κλαίουσα, τὰ πρόβατα νέμουσα, λέγουσα οἷα εἰκὸς ἦν· „ἐξελάθετό μου Δάφνις· ὀνειροπολεῖ γάμους πλουσίους· τί γὰρ αὐτὸν ὀμνύειν ἀντὶ τῶν Νυμφῶν τὰς αἶγας ἐκέλευον; κατέλιπε καὶ ταύτας ὡς καὶ Χλόην· οὐδὲ θύων ταῖς Νύμφαις καὶ

solenti fortunae prosperitate gratius & acceptius esse solet, ut exciderint ipsi lacrimae ad haec singula, dum iis quasi valediceret, nec ante mulctralia Diis obtulerit, quam in illis mulxisset, neque pellem, quam eam induisset, neque fistulam, quam ea ceciniſſet. Quin singula quoque illa deosculatus, & capellas allocutus fuit, hircosque compellavit nominatim. De fonte quoque bibit, quod saepius & cum Chloë indidem bibisset. Nondum tamen suum amorem confitebatur, occasioni imminens.

XX. Quo tempore autem Daphnis sacris faciendis vacabat, ita se habebant res Chloës. Sedebat plorans, pascebatque oves, dicens, ut par erat: Mei oblitus est Daphnis; scilicet opulentas nuptias mente agitat. Cui bono enim ipsum ad iusiurandum per capras, pro eo, quod per Nymphas illi ego dederam, vicissim adegi? Et illas, ut Chloën, reliquit. Ne quidem cum sacra

τῷ Πανὶ, ἐπεθύμησεν ἰδεῖν Χλόην. Εὗρεν ἴσως παρὰ τῇ μητρὶ θεραπαίνας ἐμοῦ κρείττονας. Χαιρέτω· ἐγὼ δὲ οὐ ζήσομαι.„ Καὶ τοιαῦτα λέγουσαν, τοιαῦτα ἐννοοῦσαν, ὁ Λάμπις ὁ βουκόλος μετὰ χειρὸς γεωργικῆς ἐπιστὰς, ἥρπασεν αὐτήν· ὡς οὔτε Δάφνιδος ἔτι γαμήσοντος, καὶ Δρύαντος ἐκεῖνον ἀγαπήσοντος. Ἡ μὲν οὖν ἐκομίζετο βοῶσα ἐλεεινόν· τῶν δέ τις ἰδόντων ἐμήνυσε τῇ Νάπῃ, κἀκείνη τῷ Δρύαντι, καὶ ὁ Δρύας τῷ Δάφνιδι. Ὁ δὲ ἔξω τῶν Φρενῶν γενόμενος, οὔτε εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα ἐτόλμα, καὶ καρτερεῖν μὴ δυνάμενος, εἰς τὸν περίκηπον εἰσελθὼν ὠδύρετο, „ ὦ πικρᾶς ἀνευρέσεως, λέγων· πόσον ἦν μοι κρεῖττον νέμειν; πόσον ἥμην μακαριώτερος, δοῦλος ὤν; τότε ἔβλεπον Χλόην· νῦν δὲ τὴν μὲν Λάμπις ἁρπάσας οἴχεται, νυ-

Nymphis & Pani faceret, eum vel videndae Chloës deſiderium cepit. Forſan apud matrem nactus eſt ancillas me praeſtantiores. Valeat; ego amplius non vivam. Talia dicentem, talia volutantem animo, Lampis armentarius, una cum ruſticorum manu advolans, eam rapuit, quaſi Daphnis eam iam non ducturus eſſet, & Dryas nimis praeclare ſecum agi reputaturus eſſet, ſi Lampis eam adhuc ducere vellet. Illa itaque auferebatur miſerandum clamans; ceterum quidam ex illis, qui hoc viderant, huius facti indicium facit Napae, illa Dryanti, Dryas Daphnidi; qui iam ſui non compos, neque patri dicere audebat, & tamen ſic durare non poterat. Igitur horti ambitum ingreſſus, lamentabatur dicens: Quam triſte eſt mihi, agnitum & repertum fuiſſe? Quanto melius mecum agebatur, cum pecus paſcebam? Quanto eram beatior, cum ſerviebam? Tunc videbam Chloën; nunc vero Lampis illa abrepta abit,

κτὸς δὲ γενομένης, συγκοιμήσεται. [1] Ἐγὼ δὲ πίνω, καὶ τρυφῶ, καὶ μάτην τὸν Πᾶνα, καὶ τὰς αἶγας, καὶ τὰς Νύμφας ὤμοσα.„

κα'. Ταῦτα τοῦ Δάφνιδος λέγοντος, ἤκουσεν ὁ Γνάθων ἐν τῷ παραδείσῳ λανθάνων· καὶ καιρὸν ἥκειν διαλλαγῶν πρὸς αὐτὸν νομίζων, τινὰς τῶν τοῦ Ἀστύλου νεανίσκων προσλαβὼν, μεταδιώκει τὸν Δρύαντα, καὶ ἡγεῖσθαι κελεύσας ἐπὶ τὴν τοῦ Λάμπιδος ἔπαυλιν, συνέτεινε δρόμον· καὶ καταλαβὼν ἄρτι εἰσάγοντα τὴν Χλόην, ἐκείνην τε ἀφαιρεῖται, καὶ ἀνθρώπους γεωργοὺς συνηλόησε πληγαῖς· ἐσπούδαζε δὲ καὶ τὸν Λάμπιν δήσας ἄγειν ὡς αἰχμάλωτον ἐκ πολέμου τινός, εἰ μὴ Φθάσας ἀπέδρα. Κατορθώσας δὲ τηλικοῦτον ἔργον, νυκτὸς ἀρχομένης ἐπανέρχεται· καὶ τὸν μὲν Διονυσοφάνην εὑρίσκει καθεύδοντα, τὸν δὲ Δάφνιν ἀγρυ-

noctеque coepta cum illa cubabit. Aſt ego potui indulgeo, deliciis diffluo, & fruſtra Pana, capras atque Nymphas iuravi.

XXI. Haec dicentem Daphnim Gnatho in horto deliteſcens audivit, horamque adeſſe ratus, qua propitium placatumque eum ſibi reddere poſſet, aſſumtis nonnullis ex Aſtyli pueris, Dryantem perſequitur, hortatuſque, ut ſe ducerent, ad Lampidis caſam curſum intendit. Et eum aſſecutus eo ipſo temporis punctо, quo Chloën introduceret, ipſam eripuit, & agreſtes homines verberibus mulctavit. Verum ſtrenuam operam navabat, quo vinctum Lampim, haud ſecus quam ex bello aliquo captivum abduceret; quod ſane praeſtitiſſet, niſi is ſua id fuga praevertiſſet. Re tam praeclare geſta, inclinatoque in occaſum die, reverſus, Dionyſophanem invenit iam ſomno indulgentem, Daphnim ve-

1 Haec lectio eſt e praeclara Valkenarii emendatione, quam & Amyotus agnoſcit. Vulgo συμμίσγεται.

πνοῦντα, καὶ ἔτι ἐν τῷ περικήπῳ δακρύοντα. Προσάγει δὴ τὴν Χλόην αὐτῷ, καὶ διδοὺς διηγεῖται πάντα· καὶ δεῖται μηδὲν ἔτι μνησικακοῦντα, δοῦλον οὐκ ἄχρηστον ἔχειν, μηδὲ ἀφελέσθαι τραπέζης, μεθ' ἣν τεθνήξεται λιμῷ. Ὁ δὲ ἰδὼν Χλόην, καὶ ἔχων ἐν χερσὶ, τῷ μὲν ὡς εὐεργέτῃ διηλλάττετο, τῇ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀμελείας ἀπελογεῖτο.

κβ'. Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς ἐδόκει τὸν γάμον κρύπτειν, ἔχειν δὲ κρύφα τὴν Χλόην, πρὸς μόνην ὁμολογήσαντα τὸν ἔρωτα τὴν μητέρα. Ἀλλ' οὐ συνεχώρει Δρύας, ἠξίου δὲ τῷ πατρὶ λέγειν, καὶ πείσειν αὐτὸς ἐπηγγέλλετο. Καὶ γενομένης ἡμέρας, ἔχων ἐν τῇ πήρᾳ τὰ γνωρίσματα, πρόσεισι τῷ Διονυσοφάνει καὶ τῇ Κλεαρίστῃ, καθημένοις ἐν τῷ παραδείσῳ· παρῆν δὲ καὶ ὁ Ἄστυλος, καὶ αὐτὸς ὁ Δάφνις· καὶ σιωπῆς γε-

ro vigiliis ſeſe conficientem, & adhuc circa hortum plorantem. Cui adducta iam traditaque Chloë, omnia commemorat, ſimulque obſecrat, obliviſci velit iniuriarum, ſeque non inutilem ſervum recipere, neque menſa privare, qua interdicta, illico moriatur fame. Daphnis autem ubi Chloën conſpexit, eamque in manibus tenere ſe ſentiit, cum iſto, utpote de ſe tam bene merito, redibat in gratiam, Chloae vero de ipſius neglectu ſe excuſare coepit.

XXII. Ceterum habito inter ſe conſilio, nuptias celandas cenſuerunt, Chloënque clandeſtino aſſervandam, ſoli tantum matri amore ipſorum indicato. Verum enimvero idem non placuit Dryanti; cenſuit potius rem patri exponendam, & in ſe recepit, fore ut eum perſuaderet. Ubi illuxit, habens in pera monumenta, ad Dionyſophanem Clearistamque, in horto ſedentes, accedit. Aderat & Aſtylus, ſimulque ipſe Daphnis; ſilentioque

νομένης, ἤρξατο λέγειν· „Ὁμοία με ἀνάγκη Λάμωνι τὰ μέχρι νῦν ἄῤῥητα ἐκέλευσε λέγειν. Χλόην ταύτην οὔτε ἐγέννησα, οὔτε ἀνέθρεψα· ἀλλὰ ἐγέννησαν μὲν ἄλλοι, κειμένην δὲ ἐν ἄντρῳ Νυμφῶν ἀνέτρεφεν οἶς. Εἶδον τοῦτο αὐτός· καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα· θαυμάσας, ἔθρεψα. Μαρτυρεῖ μὲν καὶ τὸ κάλλος· ἔοικε γὰρ οὐδὲν ἡμῖν· μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ γνωρίσματα· πλουσιώτερα γὰρ ἢ κατὰ ποιμένα. Ἴδετε ταῦτα, καὶ τοὺς προσήκοντας τῇ κόρῃ ζητήσετε, ἂν ἀξία ποτὲ Δάφνιδος φαιῇ.„

κγ΄. Τοῦτο οὔτε Δρύας ἀσκόπως ἔῤῥιψεν, οὔτε Διονυσοφάνης ἀμελῶς ἤκουσεν, ἀλλὰ ἰδὼν εἰς τὸν Δάφνιν, καὶ ὁρῶν αὐτὸν χλωριῶντα, καὶ κρύφα δακρύοντα, ταχέως ἐφώρασε τὸν ἔρωτα· καὶ ὡς ὑπὲρ

facto, ita dicere exorsus est: Me eadem, quae Lamonem, necessitas ea, quae ad hoc tempus occulta latuere, dicere iubet. Hanc ego Chloën neque genui, neque primis alimentis sustentavi; verum alii genuere, iacentemque in antro Nympharum ovis sustentavit. Hoc ipsemet meis vidi oculis; vidi, & admiratus sum, & miratus illam eduxi. Huiusce rei testimonium perhibet & fidem facit illud formae insigne decus; nihil enim in illa inest, quod nos referat aut repraesentet. Testantur & monumenta, quae splendidiora sunt, quam pro pastoris sorte. Haec inspicite, & inquirite, quinam sint cum hac puella propinquitate coniuncti, si aliquando Daphnidis connubio digna videatur.

XXIII. Haec verba ut non temere & sine proposito iniecit Dryas, ita neque Dionysophanes oscitanter audivit; sed oculos coniiciens in Daphnim, & animadvertens illum expallescere, & occulte lacrimas fundere, amorem continuo deprehendit. Atque veluti de filio suo

παιδὸς ἰδίου μᾶλλον ἢ κόρης ἀλλοτρίας δεδοικὼς, οἷα πάσης ἀκριβείας ἤλεγχε τοὺς λόγους τοῦ Δρύαντος. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ γνωρίσματα εἶδε κομισθέντα, ὑποδήματα κατάχρυσα, τὰς περισκελίδας, τὴν μίτραν, προσκαλεσάμενος τὴν Χλόην, παρεκελεύετο θαῤῥεῖν, ὡς ἄνδρα μὲν ἔχουσαν ἤδη, ταχέως δὲ εὑρήσουσαν καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα. Καὶ τὴν μὲν ἡ Κλεαρίστη παραλαβοῦσα, ἐκόσμει λοιπὸν ὡς υἱοῦ γυναῖκα. Τὸν δὲ Δάφνιν ὁ Διονυσοφάνης ἀναστήσας μόνον, ἀνέκρινεν, εἰ παρθένος ἐστί. τοῦ δὲ ὁμόσαντος μηδὲν γεγονέναι φιλήματος καὶ ὅρκων πλεῖον, ἡσθεὶς ἐπὶ τῷ συνωμοσίῳ κατέκλινεν αὐτούς. Ἦν οὖν μαθεῖν οἷόν ἐστι τὸ κάλλος, ὅταν κόσμον προσλάβηται· ἐνδυθεῖσα γὰρ ἡ Χλόη, καὶ ἀναπλεξαμένη τὴν κόμην, καὶ ἀπολούσασα τὸ πρόσωπον, εὐμορφοτέρα τοσοῦτον ἐφάνη πᾶσιν, ὥστε καὶ Δάφνις αὐτὴν μόλις ἐγνώρισεν.

magis, quam de puella aliena, ſollicitus, exquiſitiſſima diligentia Dryantis verba perpendebat & explorabat. Ubi vero & crepundia vidit allata, calceolos nempe auratos, periſcelidas, mitram, ad ſe vocatam Chloën bono iubet eſſe animo, utpote iam virum habentem, & propediem etiam patrem matremque habituram. Deinde illam aſſumtam Clearista, veluti iam tum ſui filii uxorem, ornabat. Daphnim autem Dionyſophanes, remotis arbitris, interrogavit, num etiamnum virgo eſſet? Illo vero ſancte affirmante, nihil inter ipſos praeter oſcula & mutuum iusiurandum interceſſiſſe, hoc ſacramento delectatus Dionyſophanes illos iuſſit accumbere. Hic ſcire dabatur, quale ſit formae decus, quando ornatum adſciſcit: quippe veſtibus ita induta Chloë, caeſarieque reticulo collecta, nec non facie abluta, longe formoſior in tantum apparuit omnibus, ut vix ipſam Da-

Ὤμοσεν ἄν τις καὶ ἄνευ τῶν γνωρισμάτων, ὅτι τοιαύτης κόρης οὐκ ἦν Δρύας πατήρ. Ὅμως μέντοι παρῆν καὶ αὐτὸς, καὶ συνειστιᾶτο μετὰ τῆς Νάπης, συμπότας ἔχων ἐπὶ κλίνης ἰδίᾳ τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην. Πάλιν οὖν ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ἐθύετο ἱερεῖα, καὶ κρατῆρες ἵσταντο, καὶ ἀνετίθει καὶ Χλόη τὰ ἑαυτῆς, τὴν σύριγγα, τὴν πήραν, τὸ δέρμα, τοὺς γαυλούς· ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ, τὴν ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅτι καὶ ἐτράφη παρ' αὐτῇ, καὶ ἐλούσατο πολλάκις ἐν αὐτῇ· ἐστεφάνωσε καὶ τὸν τάφον τῆς ὄϊος, δείξαντος Δρύαντος· καὶ ἐσύριζέ τι καὶ αὐτὴ [1] τῇ ποίμνῃ· καὶ ταῖς θεαῖς συρίσασα, ηὔξατο τοὺς ἐκθέντας εὑρεῖν ἀξίους τῶν Δάφνιδος γάμων.

phnis agnoverit. Iuraſſes, vel abſque monumentorum fide, talis puellae neutiquam Dryantem eſſe patrem. Verum & ipſe aderat, & una cum Napa convivio excipiebatur, ſeorſum in lecto Lamonem ac Myrtalen compotores habens. Rurſus itaque ſequentibus diebus hoſtiae immolabantur, ſtatuebanturque crateres: nec non reculas ſuas etiam Chloë conſecrabat, nempe fiſtulam, peram, rhenonem, mulctras; fontem etiam, qui in antro erat, vino temperavit, quod iuxta illum enutrita fuiſſet, & ſaepius in eo laviſſet; immo & ovis ſepulcrum, a Dryante ſibi commonſtratum, corollis decoravit. Ipſa quoque gregi ſuo fiſtula modulata eſt; & cum Deabus etiam hymnum fiſtula ſua cecinisſet, eas precata eſt, ut, qui ſe expoſuiſſent, digni Daphnidis nuptiis invenirentur.

[1] Chloë, Daphnim, qui fiſtulam inflavit, antequam eam ſuſpenderet, imitata, idem & *ipſa* facit. Unde patet, pro eo, quod in nonnullis legitur, καὶ αὐτῇ, e Codd. Pariſ. & Florent. reſcribendum eſſe καὶ αὐτή.

κδ'. Ἐπεὶ δὲ ἄλις ἦν τῶν κατὰ ἀγρῶν [1] ἑορτῶν, ἔδοξε βαδίζειν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τούς τε τῆς Χλόης πατέρας ἀναζητεῖν, καὶ περὶ τῶν γάμων αὐτῶν μηκέτι βραδύνειν. Ἑωθεν οὖν ἐνσκευασάμενοι, τῷ Δρύαντι μὲν ἔδωκαν ἄλλας τρισχιλίας· τῷ Λάμωνι δὲ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῶν ἀγρῶν θερίζειν, καὶ τρυγᾶν, καὶ τὰς αἶγας ἅμα τοῖς αἰπόλοις, καὶ ζεύγη βοῶν τέτταρα, καὶ ἐσθῆτας χειμερινὰς, καὶ ἐλευθέραν τὴν γυναῖκα. Καὶ μετὰ τοῦτο ἤλαυνον ἐπὶ Μιτυλήνην ἵπποις, καὶ ζεύγεσι, καὶ τρυφῇ πολλῇ. Τότε μὲν οὖν ἔλαθον τοὺς πολίτας νυκτὸς κατελθόντες· τῆς δὲ ἐπιούσης, ὄχλος ἠθροίσθη περὶ τὰς θύρας, ἀνδρῶν, γυναικῶν. Οἱ μὲν τῷ Διονυσοφάνει συνήδοντο παῖδα εὑρόντι, καὶ μᾶλλον ὁρῶντες τὸ κάλλος τοῦ Δάφνιδος· αἱ δὲ, τῇ Κλεαρίστῃ συνέχαιρον ἅμα κομιζούσῃ καὶ παῖδα καὶ νύμφην.

XXIV. Poſtquam vero eos ſatietas tenuit feriatorum in agris dierum, in urbem tendere decreverunt, omnibuſque veſtigiis inibi Chloës indagare parentes, neque ultra nuptiis moras nectere. Primo igitur diluculo vaſa colligentes, & itineri accincti, alias ter millenas Dryanti drachmas dederunt, Lamoni vero dimidiam agrorum partem metendam & vindemiandam, capraſque una cum caprariis, & boum iuga quaterna, veſteſque hibernas, illiuſque uxorem libertate donarunt. Deinde Mitylenen verſus, equis & curribus, ac magna pompa luxuque moverunt. Tunc redeuntes latuerunt ſuos cives, quod nox eſſet; ſed ſequenti die tam virorum, quam mulierum, turba ad fores confluxit: illi Dionyſophani de filio reperto gratulabantur, idque eo magis, Daphnidis formam conſpicientes; hae autem pariter cum Clearista collaetabantur, quae filium ſimul & ſponſam advexiſſet; il-

1 Valken. & Villoiſ. coni. τῶν κατὰ ἀγρὸν ἑορτῶν.

ἐξέπληξε γὰρ κἀκείνας ἡ Χλόη, κάλλος ἐκφέρουσα παρευδοκιμηθῆναι οὐ δυνάμενον. Ὅλη γὰρ ἐκινεῖτο ἡ πόλις ἐπὶ τῷ μειρακίῳ καὶ τῇ παρθένῳ, καὶ εὐδαιμόνιζον μὲν ἤδη τὸν γάμον· εὔχοντο δὲ καὶ τὸ γένος ἄξιον τῆς μορφῆς εὑρεθῆναι τῆς κόρης· καὶ γυναῖκες πολλαὶ τῶν πλουσίων ἠράσαντο θεοῖς αὐτὰς πιστευθῆναι μητέρας θυγατρὸς οὕτω καλῆς.

κέ. Ὄναρ δὲ Διονυσοφάνει μετὰ φροντίδα πολλὴν εἰς βαθὺν ὕπνον κατενεχθέντι τοιόνδε γίνεται. Ἐδόκει τὰς Νύμφας δεῖσθαι τοῦ Ἔρωτος, εἰ δή ποτε αὐτοῖς κατανεῦσαι τὸν γάμον· τὸν δὲ ἐκλύσαντα τὸ τοξάριον, καὶ ἀποθέμενον παρὰ τὴν φαρέτρην, κελεῦσαι τῷ Διονυσοφάνει, πάντας τοὺς ἀρίστους τῶν Μιτυληναίων θέμενον συμπότας, ἡνίκα ἂν τὸν ὕστατον πλήσῃ κρατῆρα, τότε δεικνύειν ἑκάστῳ τὰ γνωρίσμα-

larum namque mentem & oculos praeſtrinxerat Chloë, eam pulchritudinem oſtentans, quam nemo ſuperare poſſet. Omnis enim civitas permovebatur ſuper adoleſcente & virgine, & haſce nuptias beatas praedicabant. Exoptabant etiam, ut natales tali huiuſce puellae forma digni emergerent; multaeque ex opulentiſſimis feminis vota Diis faciebant, ut & ipſae matres tam pulchrae filiae crederentur.

XXV. Dionyſophani autem, poſt varias ſollicitaſque cogitationes in profundum ſomnum delapſo, talis ſomnii ſpecies oborta eſt. Putabat Nymphas petere a Cupidine, ut ſuo tandem nutu illis conficeret confirmaretque nuptias; hunc vero, arcu remiſſo, & depoſito iuxta pharetram, iuſſiſſe Dionyſophanem, Mitylenaeorum omnibus optimatibus ad convivium vocatis, ubi iam poſtremum impleverit cratera, tunc exhibere unicuique

τα· τὸ δὲ ἐντεῦθεν ᾄδειν τὸν ὑμέναιον. Ταῦτα ἰδὼν καὶ ἀκούσας, ἕωθεν ἀνίσταται, καὶ κελεύσας λαμπρὰν ἑστίασιν παρασκευασθῆναι τῶν ἀπὸ γῆς, τῶν ἀπὸ θαλάττης, καὶ εἴ τι ἐν λίμναις, καὶ εἴ τι ἐν ποταμοῖς, πάντας τοὺς ἀρίστους Μιτυληναίων ποιεῖται συμπότας. Ὡς δὲ ἤδη νὺξ ἦν, καὶ ἐπέπλητο κρατὴρ ἐξ οὗ σπένδουσιν Ἑρμῇ, εἰσκομίζει τις ἐπὶ σκεῦος ἀργυροῦν θεράπων τὰ γνωρίσματα· καὶ περιφέρων ἐν δεξιᾷ πᾶσιν ἐδείκνυε. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἐγνώρισεν οὐδείς· Μεγακλῆς δέ τις διὰ γῆρας ὕστατος κατακείμενος, ὡς εἶδε, γνωρίσας, πάνυ μέγα καὶ νεανικὸν ἐβόα· „τίνα ὁρῶ ταῦτα; τί γέγονάς μοι θυγάτριον; ἆρα καὶ σὺ ζῇς; ἢ ταῦτά τις ἐβάστασε μὲν ποιμὴν ἐντυχών; Δέομαι, Διονυσόφανες, εἰπέ μοι· πόθεν ἔχεις ἐμοῦ παιδίου γνωρίσματα; μὴ φθονήσῃς μετὰ Δάφνιν εὑρεῖν

monumenta: deinde vero hymenaeum canere. His visis ac auditis mane furgit, & cum iussisset mensas exquisitissimis exstrui epulis, terrestribus, maritimis, palustribus, fluviatilibusque, omnes Mitylenaeorum magnates convivio excipit. Cum iam nox erat, impletusque crater, quo Mercurio libare moris est, tum famulus quidam argenteo in vasculo monumenta illa infert, & in dextra circumferens omnibus demonstrat. Inter ceteros autem nemo fuit, qui agnosceret; verum Megacles quidam, ob senectutem in summo accubans, ut conspexit, statim agnovit, & magna iuvenilique voce exclamavit: Quaenam haec, quae video? Quid de te mihi factum est, o filiola? Tune etiam nunc vivis? An pastor aliquis forte fortuna in illa incidens ea abstulit? Obsecro, Dionysophanes, dic mihi, unde tibi filiae meae monumenta? Neu invideas, post Daphnim, reperire quo-

τι κἀμέ.„ Κελεύσαντος δὲ τοῦ Διονυσοφάνους πρότερον ἐκεῖνον λέγειν τὴν ἔκθεσιν, ὁ Μεγακλῆς οὐδὲν ὑφελὼν τοῦ τόνου τῆς φωνῆς, ἔφη· „Ἦν ὀλίγος μοι βίος τὸν πρότερον χρόνον· ὃν γὰρ εἶχον, εἰς χορηγίας καὶ τριηραρχίας ἐξεδαπάνησα. Ὅτε ταῦτα ἦν, γίνεταί μοι θυγάτριον. Τοῦτο τρέφειν ὀκνήσας ἐν πενίᾳ, τούτοις γνωρίσμασι κοσμήσας ἐξέθηκα, εἰδὼς ὅτι πολλοὶ καὶ οὕτω σπουδάζουσι πατέρες γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν ἐξέκειτο ἐν ἄντρῳ Νυμφῶν, πιστευθὲν ταῖς θεαῖς· ἐμοὶ δὲ πλοῦτος ἐπέρρει καθ' ἑκάστην ἡμέραν κληρονόμον οὐκ ἔχοντι. Οὐκέτι γοῦν οὔτε θυγατρίου γενέσθαι πατὴρ εὐτύχησα· ἀλλ' ὥσπερ οἱ θεοὶ γέλωτά με ποιούμενοι, νύκτωρ ὀνείρους μοι ἐπιπέμπουσι, δηλοῦντες ὅτι με πατέρα ποιήσει πρόμνιον.„

κστ'. Ἀνεβόησεν ὁ Διονυσοφάνης μεῖζον τοῦ Με-

que & me aliquid. Cum autem iuſſiſſet Dionyſophanes illum prius infantis expoſitionem enarrare, Megacles nihil de vocis tenore remittens, ſubiicit: Priori tempore res anguſta mihi domi erat; quidquid enim habebam, in ludos publicos triremeſque publicas erogando conſumſeram. Dum in eo ſtatu erant res meae, naſcitur mihi filia, quam in hac egeſtate educare gravatus, hiſce ipſis crepundiis ornatam expoſui, non ignarus, multos etiam dare operam eo modo, ut patres fiant. Et iſta quidem in antro Nympharum expoſita fuit, Dearum fidei commiſſa; at mihi heredem non habenti quotidie divitiae in aedes influebant. Neque poſtea tam bene mecum actum fuit, ut prolem ſuſciperem; verum Dii veluti riſum de me facientes, noctu mihi ſomnia immittunt, ſignificantia, quod me ovis factura ſit patrem.

XXVI. Hic Dionyſophanes clamorem ſuſtulit maio-

γακλέους, καὶ ἀναπηδήσας, εἰσάγει Χλόην πάνυ καλῶς κεκοσμημένην, καὶ λέγει· „ Τοῦτο τὸ παιδίον ἐξέθηκας· ταύτην σοι παρθένον οἷς προνοίᾳ θεῶν ἐξέθρεψεν, ὡς αἶξ Δάφνιν ἐμοί. Λάβε τὰ γνωρίσματα καὶ τὴν θυγατέρα· λαβὼν δὲ, ἀπόδος Δάφνιδι νύμφην. Ἀμφοτέρους ἐξεθήκαμεν· ἀμφοτέρους εὑρήκαμεν· ἀμφοτέρων ἐμέλησε Πανὶ καὶ Νύμφαις καὶ Ἔρωτι. „ Ἐπῄνει τὰ λεγόμενα ὁ Μεγακλῆς, καὶ τὴν γυναῖκα Ῥόδην μετεπέμπετο, καὶ τὴν Χλόην ἐν τοῖς κόλποις εἶχε· καὶ ὕπνον αὐτοῦ μένοντες εἵλοντο. Δάφνις γὰρ οὐδενὶ διώμνυτο προήσεσθαι τὴν Χλόην, οὐδὲ αὐτῷ πατρί. Ἡμέρας δὲ γενομένης, συνθέμενοι πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν ἤλαυνον· ἐδεήθησαν γὰρ τοῦτο Δάφνις καὶ Χλόη, μὴ Φέροντες τὴν ἐν ἄστει διατριβήν. ἐδόκει δὲ κἀκείνοις, ποιμενικούς τινας αὐτοῖς ποιῆσαι τοὺς γάμους. Ἐλθόντες οὖν παρὰ τὸν Λάμωνα, τόν τε Δρύαν-

rem, quam Megacles, & e ſede proſiliens, Chloën admodum eleganter exornatam inducit, & inquit: Iſtam ipſam filiolam expoſuiſti; iſtam tibi virginem ovis, Deorum providentia, alendam ſuſcepit, ut meum mihi Daphnim capra. Cape monumenta haec, ipſamque filiam; receptam autem Daphnidi da ſponſam. Ambos expoſuimus, ambos reperivimus: amborum Pani, Nymphis, Cupidini cura fuit. Megacles dicta laudabat, mandabatque arceſſendam ſuam uxorem Rhoden, Chloënque in ſinu habebat. Ibidemque manentes ſomnum ceperunt; Daphnis enim ſe nemini, ne quidem ipſi parenti, Chloën eſſe conceſſurum, dicebat. Exorto iam die, rus redire inter illos convenit; quippe Daphnis & Chloë, quos urbanae taedebat vitae, precibus id obtinuerant: illis quoque viſum eſt paſtorales quaſdam ſibi facere nuptias. Venientes igitur ad Lamonem, Megacli adduxerunt

τα τῷ Μεγακλεῖ προσήγαγον, καὶ τῇ Ῥόδῃ τὴν Νάπην συνέστησαν· καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν παρεσκευάζοντο λαμπρῶς.

κζ'. Παρέδωκε μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς Νύμφαις τὴν Χλόην ὁ πατὴρ, καὶ μετ' ἄλλων πολλῶν ἐποίησεν ἀναθήματα τὰ γνωρίσματα, καὶ Δρύαντι τὰς λειπούσας εἰς τὰς μυρίας ἐπλήρωσεν. Ὁ δὲ Διονυσοφάνης, εὐημερίας οὔσης, αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἄντρου στιβάδας ὑπεστόρεσεν ἐκ χλωρᾶς Φυλλάδος, καὶ πάντας τοὺς κωμήτας κατακλίνας, εἱστία πολυτελῶς. Παρῆσαν δὲ Λάμων καὶ Μυρτάλη, Δρύας καὶ Νάπη, οἱ Δόρκωνι προσήκοντες, οἱ Φιλητᾶ παῖδες, Χρῶμις καὶ Λυκαίνιον· οὐκ ἀπὴν οὐδὲ Λάμπις συγγνώμης ἀξιωθείς. Ἦν οὖν, ὡς ἐν τοιοῖσδε συμπόταις, πάντα γεωργικὰ καὶ ἄγροικα· ὁ μὲν ᾖδεν οἷα ἄδουσι θερίζοντες· ὁ δὲ ἔσκωπτε τὰ ἐπὶ ληνοῖς σκώμματα· Φιλη-

Dryantem, & Rhodae Napen commendaverunt. Tum omnia ad feſti celebrationem ſplendide apparabantur.

XXVII. Iterum Chloën Nymphis tradidit pater, & monumenta, multis aliis ſuperadditis, ut eſſent donaria, conſecravit, & Dryanti reliqua drachmarum ad dena uſque millia ſupplevit. Ceterum Dionyſophanes, coelo ſereno ridente, ibidem ſub antro toros e fronde viridi ſternendos curavit, paganoſque omnes diſcumbere iuſſos magnifico excepit convivio. Praeſentes autem aderant Lamon & Myrtale, Dryas atque Nape, Dorconis cognati, Philetae liberi, Chromis & Lycaenium: ne Lampis quidem, venia impetrata, aberat. Cuncta igitur tum, utpote inter huiuſcemodi compotatores, agreſtia ruſticaque. Alius canebat, qualia meſſores ſolent; alter cavillabatur, cuiuſmodi cavilla, dum uvas praelis premunt, iaculari conſueverunt; Philetas fiſtula, tibia

τᾶς ἐσύρισε· Λάμπις ηὔλησε· Δρύας καὶ Λάμων ὠρχήσαντο· Χλόη καὶ Δάφνις ἀλλήλους κατεφίλουν. Ἐνέμοντο δὲ καὶ αἱ αἶγες πλησίον, ὥσπερ καὶ αὐταὶ κοινωνοῦσαι τῆς ἑορτῆς. τοῦτο τοῖς μὲν ἀστυκοῖς οὐ πάνυ τερπνὸν ἦν· ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἐκάλεσέ τινας αὐτῶν ὀνομαστὶ, καὶ Φυλλάδα χλωρὰν ἔδωκε, καὶ κρατήσας ἐκ τῶν κεράτων κατεφίλησε. Καὶ ταῦτα οὐ τότε μόνον, ἀλλ' ἔς τε ἔζων, τὸν πλεῖστον χρόνον ποιμενικὸν εἶχον· θεοὺς σέβοντες, Νύμφας, καὶ Πᾶνα, καὶ Ἔρωτα· ἀγέλας δὲ προβάτων καὶ αἰγῶν πλεῖστας κτησάμενοι· ἡδίστην δὲ τροφὴν νομίζοντες ὀπώρας καὶ γάλα. Ἀλλὰ καὶ αἰγὶ μὲν ἄρρεν παιδίον ὑπέθηκαν, καὶ θυγάτριον γενόμενον δεύτερον ὄϊος ἐλκύσαι θηλὴν ἐποίησαν· καὶ ἐκάλεσαν τὸν μὲν, Φιλοποίμενα, τὴν δὲ, Ἀγέλην. οὕτως αὐτοῖς καὶ ταῦτα συνεγήρασεν. Οὗτοι καὶ τὸ ἄντρον ἐκόσμησαν, καὶ

canebat Lampis; Dryas & Lamon tripudiabant; Chloë & Daphnis mutua ſibi dabant oſcula. Prope etiam paſcebant capellae, veluti in huius feſti partem atque communionem venientes. Non aeque gratum id oppidanis erat; Daphnis autem quaſdam ex iis nominatim vocavit, quibus virentes frondes porrexit, prehenſiſque cornibus, eis oſcula fixit. Neque iſta iſto tantum die; ſed quamdiu vixerunt, paſtoralem degerunt vitam, Deos colentes, Nymphas, Pana, & Amorem, plurimos ovium caprarumque greges adepti, nullum tandem cibum ſibi dulciorem, quam lac & poma, arbitrati. Quin & maſculum filiolum caprae ſubdiderunt, & filiolam, altero partu editam, ovis mammas fugere voluerunt, & nomen impoſuerunt, alteri quidem, Philopoemenis, alteri vero, Ageles. Sic cum iſtis & iſta conſenuerunt. Hi & antrum exornarunt, ſimulacra conſecrarunt, aram

εἰκόνας ἀνέθεσαν, καὶ βωμὸν ἐποιήσαντο ποιμένος Ἔρωτος, καὶ τῷ Πανὶ δὲ ἔδοσαν ἀντὶ τῆς πίτυος οἰκεῖν νεὼν, Πᾶνα στρατιώτην ὀνομάσαντες. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ὠνόμασαν καὶ ἔπραξαν· τότε δὲ νυκτὸς γενομένης, πάντες αὐτοὺς παρέπεμπον εἰς τὸν θάλαμον, οἱ μὲν συρίττοντες, οἱ δὲ αὐλοῦντες, οἱ δὲ δᾷδας μεγάλας ἀνίσχοντες. καὶ ἐπεὶ πλησίον ἦσαν τῶν θυρῶν, ᾖδον σκληρᾷ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, καθάπερ τριαίναις γῆν ἀναρρηγνύντες, οὐχ ὑμέναιον ᾄδοντες. Δάφνις δὲ καὶ Χλόη γυμνοὶ συγκατακλιθέντες, περιέβαλλον ἀλλήλους, καὶ κατεφίλουν, ἀγρυπνήσαντες τῆς νυκτὸς ὅσον οὐδὲ γλαῦκες· καὶ ἔδρασέ τι Δάφνις ὧν αὐτὸν ἐπαίδευσε Λυκαίνιον· καὶ τότε Χλόη πρῶτον ἔμαθεν, ὅτι τὰ ἐπὶ τῆς ὕλης γινόμενα ἦν ποιμένων παίγνια.

Cupidini Paſtori ſtatuerunt, Panique delubrum pro pinu habitandum dederunt, Pana Militem appellantes. Sed haec quidem poſterioribus temporibus nominarunt & fecerunt: tunc vero, nocte facta, cuncti eos deduxerunt ſolemniter in thalamum, pars fiſtulam, pars tibiam inflantes, alii faces ingentes ſuſtollentes; cumque prope ad fores acceſſiſſent, dura aſperaque canebant voce, veluti tridentibus terram diſcindentes, non autem hymenaeum canentes. Ceterum Daphnis & Chloë nudi concumbentes, ſe invicem amplexabantur atque deoſculabantur, non magis dormientes illa nocte, quam vel noctuae ſolent; & patravit Daphnis, quae illum docuerat magiſtra Lycaenium. Atque tunc primum Chloë didicit, ea quae in ſilva acta fuerant, paſtoralem l[illegible]dum iocumque fuiſſe.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ Ε

NOTITIA LITERARIA
DE
XENOPHONTE EPHESIO.*

De aetate, qua Xenophontem Epheſium vixiſſe credibile eſt, pleraque fere, quae probabiliter differi poſſunt, iam occupavit Ian. Caſperius [1], cuius perparvus libellus cum admodum raro inveniatur, repetere hic iuvat eius ibi diſputata, ſic tamen, ut ea, reciſis partim falſis, partim ſupervacuis, verius ac brevius, nec non dilucidius diſtinctiusque exponamus, nonnullis etiam novis acceſſionibus augeamus. Mirum iure videtur Caſperio, nullam Noſtri ab Photio mentionem fuiſſe factam, licet, inquit, eroticos ſcriptores ceteros in Bibliotheca ſua non praetermiſerit. Solus veterum eius meminit Suidas [2]: poſt hunc vero nemo alius, quod norim, uſque ad Angelum Politianum [3], qui locum ex eo deſumptum e codice Florentino Latine transtulit. Salvinius in toto Xenophonteo libello nulla

* Doctam hanc & accuratam de Xenophonte Epheſio notitiam dedit *Aloyſ. Emeric. Liber Baro Locella* in praefat. ad ſuam huius ſcriptoris editionem, unde eam deſcribi curavimus.

1 In *Specimine Diſſertationis de Xenophonte Epheſio*, ſ. l. & anno, quem vero comperimus fuiſſe 1740.

2 Verba eius ſunt: Ξενοφῶν Ἐφέσιος, ἱστορικός· ἐστὶ δὲ ἐρωτικὰ βιβλία ϛ (lege ε) περὶ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας.

3 In *Miſcellan.* c. LI. (in Gruteri Theſ. crit. p. 63 ſq.)

exiſtimabat deprehendi poſſe indicia aetatis, qua floruerit. Idem fere ait Fabricius: addit tamen, facile ſibi perſuadere, eum Heliodoro antiquiorem eſſe. Contra ea D'Orvillius, neſcio qua de cauſa, iuniorem Heliodoro, Achille Tatio, & Longo eſſe cenſuit. Quid? quod Parmenſis [1] typographus plane ad finem quinti ſaeculi aerae vulgaris, aeque arbitrario atque inerudito decreto, Xenophontem noſtrum detruſit, nullo prorſus fundamento nixus, niſi quod ita ſibi placeret. Si modo verum ſit, quod credere licet (neque enim, ſi quid video, in toto libello cur non credamus, cauſa ulla reperitur), Auctorem videlicet noſtrum fabulam ſuam, quaſi rem ſuo ſaeculo actam narraſſe, videretur is mihi cum Caſperio circa Antoninorum tempora, ſive, ut clarius dicam, ſaeculo poſt C. N. ſecundo exeunte, aut ſaltem tertio ineunte ſcripſiſſe. Certe neque ante Auguſtum vixiſſe potuit, quoniam praefecti Aegypti meminit, quem magiſtratum ab hoc imperatore primum fuiſſe conſtitutum novimus, neque etiam, ut opinor, Hadriano fuerit antiquior, quandoquidem Perilaus ab eo dicitur τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ προεστὼς, & ἄρχειν τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ, id eſt, *Irenarcha* fuiſſe. Horum vero ante Hadrianum nullam reperiri mentionem oſtendit Chr. Gottl. Schwarzius [2]. Sed Conſtantini M. temporibus multo antiquiorem

1 *Io. Bapt. Bodoni* in praefat. ad ſuam Longi editionem pag. 16.

2 In Diſſ. de Irenarchis, recuſa inter eius Exercitt. Acad. ab Harleſio collectas Norib. 1783.

fuiſſe inde apparet, quod de urbe Epheſo, tanquam florentiſſima civitate, loquitur, praeſertim vero ex iis, quae non modo de Dianae feſto die, deque eius vigente cultu, ſed & de Iſidis illic templo adhuc exſtante affert. Atqui Dianae Epheſiae templum iam anno 262. Gallieno imperante direptum atque incenſum fuit, ipſaque dein Epheſus vaſtata iacuit. Aliud argumentum, quo Xenophontem noſtrum ante Conſtantinum M. ſcripſiſſe probabile redditur, duci poteſt ex illa narratione de Habrocome cruci affixo, quod ſupplicii genus ab illo imperatore abolitum fuiſſe conſtat. Ex eo item quod Xenophon antiquis quarundam urbium nominibus utitur, velut Byzantii, Mazacae, & Perinthi, hoc ſaltem colligimus, eum illo aevo non vixiſſe, quo illa nomina in uſu eſſe deſierant: qua de re dictum eſt in annotationibus. Arguit porro, ni fallor, ſecundi aut tertii ſaeculi ſcriptorem, quod Epheſius noſter τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος, eiuſque oraculum memorat; nam & ſaeculo illo vigebat adhuc Clarii Apollinis oraculum, & neminem novi poſteriorum ſaeculorum, ſive Graecum, ſive Latinum auctorem, qui oraculi huius mentionem fecerit: quo minus eſt probabile, id uſque ad Conſtantinum M. perduraſſe, quod ſine idonea cauſa ſibi perſuaſit van Dale [1]. Poſtremo hic non eſt ſilentio praetereundum, quod iam Hemſterhuſius animadverterat, ineſſe ſcilicet in Noſtri fabula moris antiqui veſtigia quaedam non facile

1 De Orac. Ethnic. Diſſ. II. c. V. p. 493.

obvia; etiamſi ex iis nulla probabilis coniectura capi poſſit de eius ſaeculo; quod ut ſecundum vel tertium fuiſſe credam, facit inprimis proba graecitas, & priſca ſtili ſimplicitas. Nihil eſt in Xenophontis huius oratione niſi ſincerum, ſiccum, ſanum. Nullae apud eum reperiuntur argutiae, nulla quaeſita acumina, nullae intermixtae ſententiolae, nulla denique, ut ita dicam, pigmenta rhetorica, quibus tantopere delectantur ſeriorum ſaeculorum utriuſque linguae ſcriptores. Quin ea eſt eius in narrando ſimplicitas, ut nomina propria nimio perſpicuitatis ſtudio ſaepius repetere non modo non refugiat, verum etiam peculiaribus iamque lectori ſatis cognitis denominationibus rurſum deſignet. Laudandum vero eſt, quod interdum, valde commendabili brevitate narrationis, celeritatem facti quaſi adumbrare ſtudet. Utinam his laudibus illam etiam poſſem adiungere, quam D'Orvillius Charitoni ſuo in praefatione merito tribuit, *quod* videlicet *nec verbum nec ſententia ulla in* Noſtro *inveniatur, ad quam vel ſeveriſſimus lector frontem corruget:* verum, ut idem vir doctus addit, *pravitas iſta ſaeculo, uti priori, ſic etiam licentiori eſt imputanda.*

Deſumpta ſunt Xenophontis Epheſii Epheſiaca ex unico MS. codice bombycino, qui Florentiae in Bibliotheca monaſterii ad S. Mariam Monachorum Caſſinenſium Ordinis S. Benedicti ſub numero XCIV. aſſervatur. Scriptus eſt ſatis emendate in octava forma fere quadrata, literis quidem elegantibus, ſed minutiſſimis, iamque valde

obſoleti coloris. Montfauconius & Cocchius eum ſaeculi XIII. eſſe iudicarunt. Continet XXIII. variorum auctorum opuſcula, quorum pleraque ad Theologiam & Byzantinam hiſtoriam pertinent. Deinceps praeter Longum, Achillem Tatium, & Charitonem, Xenophontis noſtri exhibet Epheſiaca in foliis fere IX. id eſt XVII. paginis cum dimidia. Ex iſto igitur codice Cocchius narrat totum paene Xenophontis libellum ab Salvinio ſua manu exſcriptum Henrico Davenantio, magnae Britanniae Regis ad Magnum Ducem Hetruriae legato, fuiſſe traditum; cuius apographi vir ille de literis optime meritus iterum deſcribendi, interpretandi atque edendi copiam ſibi (Cocchio) fecerit.

Tres editiones Xenophontis Epheſii hanc noſtram praeceſſerunt. Princeps eſt Ant. Cocchii, medici Florentini, cum adiecta verſione eius Latina, Londini 1726. quaternis (apud Guil. Bowyer). Incurioſe admodum vir ille editoris partes egit: nam nonniſi perpaucas vitioſas lectiones, quas inter ſcribendum aut interpretandum forte animadverterat, clandeſtina emendatione ſuſtulit: ceterum non modo indiligentius deſcripſit apographum Salvinii, ita quidem, ut alia perperam ſcriberet, alia plane omitteret; verum etiam in locis indubitate vitioſis aut mancis incredibili ſegnitie codicem MS. Bibliothecae Monachorum Caſſinenſium, qui codex ei, ut ita dicam, ad manum erat, in tempore conſulere neglexit. Praeter errata typothetae, quorum

emendationes in fine non indicantur, magna labes eſt huius primae editionis, quam adeo poſteriores duae fere expreſſerunt, quod interpunctio perſaepe nullo conſilio, ſed paene caeca & fortuita, ſive potius, ut libere dicam, ſtulta ratione fuit adhibita, praeſertim in punctis, quae ſaepenumero pro commatibus poſita fuere, quin etiam ibi, ubi nulla plane diſtinctione opus erat. Deinde Lucenſis typographus Franc. Bonſignori recudit textum Graecum Londinenſis editionis, addita Cocchii Latina verſione, Italica Salvinii, & Gallica Iourdani, Lucae a. 1781. quaternis. Eſt quidem elegans haec editio, ſed qui eam curavit, omnia fere menda Londinenſis exemplaris, paucis modo latenter correctis, retinuit, novaque irrepere paſſus eſt. Denique ignotus mihi quidam Graecus negociator, ut textus Xenophontis Graecus Lucenſis editionis una cum Salvinii Italica verſione denuo typis in hac urbe deſcriberetur, ſumtus praebuit, editionem curante neſcio quo terrae filio, cuius nomen ad calcem ineptae ſuae Graeco-barbarae praefationis literis Π. Ι. indicatur [1]. *Quem ego* quidem *hominem*, ut cum Plauto dicam, *nullius coloris novi*: nam qui eſſet, atque unde domo, quaerere operae pretium non putavi: verum is mihi hactenus

1 Editio iſta ſic inſcribitur: Ξενοφῶντος Ἐφεσίου τὰ κατὰ Ἀνθίαν καὶ Ἀβροκόμην. νῦν πρῶτον Ἑλληνιστὶ μετὰ τῆς Ἰταλικῆς μεταφράσεως τοῦ σοφωτάτου Antonio Salvini τυπωθέντα διὰ φιλοτίμου δαπάνης τοῦ χρησιμωτ. ἐν πραγματευταῖς Παναγιώτου Δημητ. Χ. Νίκου τοῦ ἐξ Ἰωαννίνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Ἀουστρίας 1793. octonis.

bene cognitus eſt, ut eum confidenter teterrimum veteris Graeci ſcriptoris editorem nominare poſſim. Ut pluribus non accuſem Graeculi iſtius imperiti ſupinam ſocordiam in inſpicienda ſaltem conferendaque principe Londinenſi editione, quod ei in Bibliotheca noſtra Caeſarea facile licuiſſet; ut porro non commemorem, quam negligenter & ſomniculoſe omnia fere σφάλματα Lucenſis editionis, novis etiam adiunctis, ab eo fuerint ſervata; ut denique taceam, eum in hoc pariter peccaſſe, quod, ubi manifeſto veras, aut ſaltem valde probabiles lectiones in orationem intulit, (quod ei alias laudi fuiſſet) id, prout Lucenſis editor, non admonito lectore fecerit; ut, inquam, cuncta iſta nunc leviter ſolum attingam, longe gravius delictum facit. Namque ſumme vituperabili conſilio, vel dicam fraude, homo iſte, incredibile dictu, Xenophontis orationem, mangonis more, occulte perpolire cupiens, nunc ſingulas lectiones male immutando, (tametſi hoc rarius) nunc verba ſingula aut etiam plura perperam, ſtulte, ridicule inferciendo, eam ſoede adulteravit; neque hoc ſolo facinore contentus, Salvinii quoque verſionem Italicam, ut inſititiis ſuis verbis reſponderet, clam interpolavit. Quibus de cauſis in annotationibus noſtris alias ſerio graviterque reprehendi, alias iocoſe increpari meruit. Tres iſtae ſuperiores editiones reducunt in memoriam proverbium illud: Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι Αἰγύπτιοι, τρίτοι δὲ

πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι. Ac Londinenſis quidem editionis plurima graviaque vitia eruditos viros diu latere non poterant: quare brevi poſt, quam ea prodiit, primo Henr. Brencmannus, deinde Abr. Torrenius meliorem auctoris noſtri editionem parare conſilium ceperant [1]: quod effectu caruit.

Translatio Italica, quae ipſam principem editionem praeceſſit, eſt Ant. Mar. Salvinii, elegans & fideliſſima, interdum tamen Graecis verbis nimium adſtricta. Quaedam ab viro illo diligentiſſimo minus recte converſa, emendationes item nonnullas in ſuum apographum tacite inſertas indicavimus, ubi occaſio data eſt, in noſtris annotationibus. Latinam verſionem Cocchii, univerſam ſi ſpectes, bene Latinam atque elegantem dicere poſſis; non item, ſi ſingulatim examines: de reliquo nec accurata eſt, nec fidelis. Gallica lingua duas habemus: priorem anonymi cuiuſdam [2]; poſteriorem, cuius auctorem eſſe conſtat Maſſilienſem quendam nomine *Iourdan*. [3] Illa ſat eſt fidelis, neque nonniſi raro aliena inſerit, quae in Graeco non leguntur; haec infideliſſima, monſtrum eſt verſionis ob perpetuum inſanum

1 Vide Acta Erudit. a. 1727. p. 191. & Theſaur. Epiſtol. Lacroz. Vol. I. p. 73.

2 *Les Epheſiaques de Xenophon Epheſien: ou les Amours d'Anthie & d'Abrocomas, traduits en François. à Paris, chez Pierre Bauche,* 1736.

3 *Traduction françoiſe des aventures d'Abrocome & d'Anthia par Xenophon d'Epheſe.* 12. i. l. 1748.

Graecam orationem immutandi, exornandi, amplificandi conatum: ut nihil dicam manifesto apparere, Iourdanum Graecae linguae prorsus rudem ultra interpretationes Cocchii & Salvinii non sapuisse, atque adeo cum illis toties errasse, quoties ipsi hallucinati sunt. Germanicae translationes duae itidem sunt a nescio quibus auctoribus, sed procul omni dubio non ad Graeca Xenophontis, verum ad Latina Cocchii verba compositae: tamen & huic suo ἀρχετύπῳ dissimillimae sensum, prout eorum auctoribus libebat, amplificatum ac dilatatum repraesentant, atque, ut paucis absolvam, commiseratione potius, quam reprehensione sunt dignae. [1] Denique Anglica exstat versio Rookii [2] quam non vidi.

Denique insignem Xenophonti nostro operam praestitit Generosissimus L. B. a Locella, divulgata proximo anno editione, hac epigraphe insignita: *Xenophontis Ephesii de Anthia & Habrocome Ephesiacorum Libri V. Graece & Latine; recensuit, supplevit, emendavit, Latine vertit, adnotationibus aliorum & suis illustravit, indicibus instruxit Aloys. Emeric. Liber Baro Locella. Vin-*

1 Prioris titulus est: *Anthia und Abrocomas: aus dem Griechischen des Xenophon von Ephesus.* Leipzig 1775. 8. *Bürgerum* huius versionis auctorem ferunt. Posterioris: *Etwas von Ephesus, oder Geschichte eines iungen Ehepaars, Griechisch beschrieben von Xenophon von Ephesus, übersetzt durch H***.* Onoldi 1777. 8.

2 *Xenophon's Ephesian history, or the Love-Adventures of Abrocomas and Anthia, translated from the Greek by Mr. Rooke.* 8. London, 1727.

dobonae, 1796. 4. Is enim non tantum Hemſterhuſii & Abreſchii molimina critica, per *Miſcellaneas Obſervationes Batavas* ſparſa, textui emaculando ſollerter adhibuit, ſed ulterius progreſſus, unde certior ſalus Noſtro ſperari poterat, ipſius Codicis Florentini conferendi copiam nactus, Rev. Luchio & Cl. Weigelio, qui cum maxime Aetii editionem parat, gnaviter hanc Ipſi operam praeſtantibus, adhibito inſuper exemplo Cocchii diligentia ad iſtum codicem exacto, innumera paene, quibus ſcatent impreſſi libri, menda ſuſtulit, vaſtasque lacunas, quae per plurium interdum verſuum ſpatium exundant, explevit, denique ingenio, quo pollet acerrimo atque interiore Graecarum literarum cognitione perpolito, haud raro ita Noſtro profuit, ut tanti huius Viri plane egregia opera nos Xenophontem, ſi pauciſſima excipias, integritati ſuae reſtitutum nunc tenere vere affirmare liceat. Commodum autem accidit, ut, cum textum, dudum noſtra manu e Londinenſi exemplo deſcriptum, novaque prorſus interpunctione ſublevatum, per graviſſimas diutini belli calamitates, quae Societatis Bipontinae rem librariam per plures annos afflixit, ulterioraque promovendi has literas ſtudia inhibuit, in ſcriniis noſtris repoſtum ſervaremus, nova ante, quam iſte typis exſcriberetur, prodiret iſta recenſio, unde maximum in noſtram editionem redundaſſe fructum gratiſſimi profitemur.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ
ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ἦν ἐν Ἐφέσῳ ἀνὴρ τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων, Λυκομήδης ὄνομα. Τούτῳ τῷ Λυκομήδει ἐκ γυναικὸς ἐπιχωρίας, Θεμιστοῦς, γίνεται παῖς Ἀβροκόμης, μέγα [1] δή τι χρῆμα, ὡραιότητι σώματος ὑπερβαλλούσῃ, κάλλους, οὔτε ἐν Ἰωνίᾳ οὔτε ἐν ἄλλῃ γῇ

XENOPHONTIS
EPHESIACORUM
DE AMORIBUS
ANTHIAE ET ABROCOMAE
LIBER PRIMUS.

Erat Epheſi vir inter potentiores, cui Lycomedi nomen. Ei filius e Themiſto uxore indigena naſcitur Abrocomes, eximia pulchritudine, qualis neque in Ionia nec alibi

1 Vitioſe ed. Lond. μέγα δέ τι. Δὴ corrigi debere, vidit iam Hemſterh. Iunge autem χρῆμα κάλλους, noto Graeciſmo. Vid. Valken. ad Eurip. Phoen. 206. & ad Theocr. XXII, 4.

πρότερον γενομένου. Οὗτος ὁ Ἀβροκόμης ἀεὶ μὲν [1] καὶ καθ' ἡμέραν εἰς κάλλος ηὔξετο· συνήνδει δὲ αὐτῷ τοῖς τοῦ σώματος καλοῖς καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθά· παιδείαν τε γὰρ πᾶσαν ἐμελέτα, καὶ μουσικὴν ποικίλην ἤσκει· κιθάρα δὲ αὐτῷ καὶ ἱππασία, καὶ ὁπλομαχία συνήθη γυμνάσματα. Ἦν δὲ περισπούδαστος ἅπασιν Ἐφεσίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὴν ἄλλην Ἀσίαν οἰκοῦσι. Καὶ μεγάλας εἶχον [2] ἐν αὐτῷ τὰς ἐλπίδας, ὅτι πολίτης ἔσοιτο διαφέρων. Προσεῖχον δὲ ὡς θεῷ τῷ μειρακίῳ· καί [3] εἰσιν ἤδη τινες, οἱ καὶ προσεκύνησαν ἰδόντες, καὶ προσηύξαντο. Ἐφρόνει δὲ τὸ μειράκιον ἐφ' ἑαυτῷ μεγάλα, καὶ ἠγάλλετο μὲν τοῖς τῆς ψυχῆς κατορθώμασι, πολὺ δὲ μᾶλλον τῷ κάλλει τοῦ σώματος· πάντων δὲ τῶν ἄλλων, ὅσα [4] δὴ ἐλέγετο καλὰ, ὡς ἐλαττόνων κατεφρόνει,

usquam antea fuit. Abrocomae forma semper in dies augebatur, floreba[illegible]que in eo simul corporis venustas animique virtutes: omne quippe eruditionis genus & variam musicam excolebat. Consuetae illi exercitationes cithara, equitatio, armorum tractatio. Ephesiis omnibus ceterisque Asianis percarus, miram spem praebebat praecellentissimi civis, colebantque illum obsequio ut Deum; nec defuere, qui videntes ipsum adorantes supplicarent. Hinc superbire adolescens, & animi dotibus, sed multo magis corporis forma gloriari, quaeque pulchra dicerentur, ut se minora

1 Τὸ καὶ ex sequenti καθ' ortum videbatur Hemsterh. sed est: *vel quovis die auctum cerneres pulchritudinem.*

2 Ἐν αὐτῷ) Hemsterh. malebat, ἐπ' αὐτῷ, quod magis Graecum est.

3 Καὶ εἰσιν ἤδη τινες) Locella, Hemsterh. monente, reposuit, καὶ ἦσαν ἤδη τινες. Vide tamen, an vulgatam tuearis simili loco L. I, p. 15. ed. Lond. συνήισαν οἱ Ῥόδιοι — καὶ οὐκ ἔστιν, ὅστις τῶν ἰδόντων παρῆλθε σιωπῶν.

4 Ὅσα δὴ ἐλέγετο) Ita Cod. Flor. ut quoque Hemsterh. legi voluerat. Vitiose expressi libri: ὅσα δὲ ἐλ.

καὶ οὐδὲν αὐτῷ οὐ θέαμα οὐκ ἄκουσμα ἄξιον Ἀβροκόμου κατεφαίνετο. Καὶ εἴ τινα ἢ παῖδα καλὸν ἀκούσαι, ἢ παρθένον εὔμορφον, κατεγέλα τῶν λεγόντων, ὡς οὐκ εἰδότων, ὅτι [1] εἷς καλὸς αὐτός. Ἔρωτά γε μὴν οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν, ἀλλὰ πάντῃ ἐξέβαλεν, ὡς οὐδὲν ἡγούμενος· λέγων, ὡς οὐκ ἄν ποτε οὔ τις ἐρασθείη, οὐδὲ ὑποταγείη τῷ θεῷ, μὴ θέλων· εἰ δέ που ἱερὸν ἢ ἄγαλμα Ἔρωτος εἶδε, κατεγέλα· ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν Ἔρωτος παντὸς καλλίονα, καὶ κάλλει σώματος καὶ δυνάμει. Καὶ εἶχεν οὕτως· ὅπου γὰρ Ἀβροκόμης ὀφθείη, οὔτε ἄγαλμα κατεφαίνετο, οὔτε εἰκὼν ἐπηνεῖτο. Μηνιᾷ πρὸς ταῦτα ὁ Ἔρως· (φιλόνεικος γὰρ ὁ θεὸς καὶ ὑπερηφάνοις ἀπαραίτητος) [2] ἐζήτει δὲ τέχνην κατὰ τοῦ μειρακίου· καὶ γὰρ καὶ τῷ

despicere, nec quidquam Abrocomae vel spectatu vel auditu dignum videbatur, & si cuius adolescentuli aut virginis formam laudari audiret, narrantes irridebat, utpote nescientes se unum pulchrum esse. Amorem nec Deum esse putabat, sed omnino reiiciebat nihili faciens, negans ullum amore capi ac Deo subiici invitum. Sicubi templum aut simulacrum Amoris videret, ridebat, se indicans cuicunque Amori & venustate & virtute praecellere. Nec aliter se res habebat: ubi enim Abrocomas aderat, nullam pictam aut sculptam effigiem vel contemplari vel suspicere dignabantur. His indignatus Amor, pervicax Deus, superbis inexorabilis, insidias puero struxit, qui scilicet & Deo captu difficilis videretur. Ipse

1 Ὅτι εἷς καλὸς) Ita Cocchius correxit. Cod. Flor. ὅτι ἐστὶ καλός. Idem Cod. mox habet: πάντα ἐξέβ. quod eum Loc. reduximus. πάντ' ἐξέβ. habent edd.

2 Ἐζήτει) Ita plane legitur in *Longus.* Cod. Flor. Vitiose edd. ante Loc. ἐξήτει. Paulo ante Hemsterh. lectionem Cod. ὑπερήφανος, ἀπαραίτητος, recte abire iussit in ὑπερηφάνοις ἀπαραίτ.

θεῷ δυσάλωτος ἐφαίνετο. Ἐξοπλίσας οὖν ἑαυτὸν, καὶ πᾶσαν δύναμιν ἐρωτικῶν φαρμάκων περιβαλόμενος ἐστράτευεν ἐφ' Ἀβροκόμην.

Ἤγετο δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἐπιχώριος ἑορτὴ· ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν στάδιοι δέ εἰσιν ἑπτά· ἔδει δὲ πομπεύειν πάσας τὰς ἐπιχωρίους παρθένους, κεκοσμημένας πολυτελῶς, καὶ τοὺς ἐφήβους, ὅσοι τὴν αὐτὴν ἡλικίαν εἶχον τῷ Ἀβροκόμῃ. Ἦν δὲ αὐτὸς περὶ τὰ ἓξ καὶ δέκα ἔτη, καὶ τῶν ἐφήβων προσήπτετο, καὶ ἐν τῇ πομπῇ τὰ πρῶτα ἐφέρετο. Πολὺ δὲ πλῆθος ἐπὶ τὴν θέαν, πολὺ μὲν ἐγχώριον, πολὺ δὲ ξενικόν· καὶ γὰρ ἔθος ἦν [1] ἐκείνῃ τῇ πανηγύρει καὶ νυμφίους ταῖς παρθένοις εὑρίσκεσθαι, καὶ γυναῖκας τοῖς ἐφήβοις. Παρῆσαν δὲ κατὰ στίχον οἱ πομπεύοντες· πρῶτα μὲν τὰ ἱερὰ, καὶ δᾷδες, καὶ κανᾶ, καὶ θυμιάματα· ἐπὶ τούτοις ἵπποι, καὶ κύνες, καὶ σκεύη

igitur armis, omnibuſque ſuis potentibus venenis inſtructus contra Abrocomam graditur.

Agebatur ſolemne iis locis Dianae feſtum, ad cuius templum ab urbe ſunt ſtadia omnino ſeptem. Celebrare pompam virgines omnes indigenas oportebat ſplendide inprimis ornatas, praetereaque ephebos Abrocomae aequales, qui tum ſexdecim fere annorum iam pubertatem attigerat, ac primas in ea pompa ferebat. Magna autem vis hominum ſpectaculo intererat, vel popularium, vel hoſpitum; ſiquidem mos habebat, uti in ea celebritate ſponſi virginibus, & ephebis uxores invenirentur. Procedebat ergo ordinatim pompa, primo ſcilicet ſacra, faces, caniſtra & ſuffimenta, tum autem equi caneſque, & venatoria arma, nonnulla quidem

1 Ἔθος ἦν ἐκείνῃ) Ἔθος ἦν ἐν ἐκείνῃ, inſerto ἐν, ed. Locell.

κυνηγετικὰ, τὰ μὲν πολεμικὰ, τὰ δὲ πλεῖστα εἰρηνικά. Ἑκάστη δὲ αὐτῶν οὕτως [1] ὡς πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο. Ἦρχε δὲ τῆς τῶν παρθένων τάξεως Ἀνθία, θυγατὴρ Μεγαμήδους καὶ Εὐίππης, ἐγχωρίων. Ἦν δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀνθίας οἷον θαυμάσαι, καὶ πολὺ τὰς ἄλλας ὑπερβάλλετο παρθένους· ἔτη μὲν ὡς τεσσαρεσκαίδεκα ἐγεγόνει· ἤνθει δὲ αὐτῆς τὸ σῶμα ἐπ' εὐμορφίᾳ, καὶ ὁ τοῦ σχήματος κόσμος πολὺς εἰς ὥραν συνεβάλλετο· κόμη ξανθὴ, ἡ [2] πολλὴ καθειμένη, ὀλίγη πεπλεγμένη, πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων φορὰν κινουμένη· ὀφθαλμοὶ γοργοὶ, φαιδροὶ μὲν ὡς κόρης, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος· ἐσθὴς, χιτὼν ἀλουργὴς, ζωστὸς εἰς γόνυ, μεχρὶ βραχιόνων καθείμενος, νεβρὶς περικειμένη, γωρυτὸς ἀνημμένος, τόξα, ὅπλα, ἄκοντες φερόμενοι, κύνες ἑπόμενοι. Πολλάκις αὐτὴν ἐπὶ

bellica, pleraque tamen paci inſervientia. Virginum ſe quaeque veluti ad amatoris oculos compoſuerat, quarum ordinem ducebat Anthia, Megamedis & Evippae indidem civium filia, mira pulchritudine ceteris longe praeſtans, quatuordecim circiter annos nata. Florenti corporis venuſtati nonnihil cultus addiderat: flava coma partim nexa, plurima fluens ventiſque diffuſa: acres oculi, hilares, quales puellam, & ſeveri, quales pudicam decent. Veſtis tunica purpurea, cincta a brachiis, aduſque genua demiſſa, hinnulea pellis circumducta, pharetra ſuſpenſa & arcus. Arma & haſtilia fe-

1 Οὕτως ὡς πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο) Hemſterh. vel verba, ἑκάστη δὲ αὐτῶν — ἐκεκόσμητο, loco ſuo mota & poſt ἐγχωρίων ponenda, ut αὐτῶν referretur ad παρθένων· vel utique quaedam, quae chori virginei deſcriptionem continerent, excidiſſe ſtatuebat. Οὕτως non habent edd. Reduxit Loc. ex libro Flor. unde & mox: ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα· edd. habent ἔτι τέσσαρα καὶ δέκα.

2 Ordinem orationis Hemſterh. ita immutandum iudicabat: πολλὴ καθειμένη, πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων φορὰν κινουμένη, ὀλίγη πεπλεγμένη.

τοῦ τεμένους ἰδόντες Ἐφέσιοι προσεκύνησαν ὡς Ἀρτεμιν. Καὶ τότ' οὖν ὀφθείσης ἀνεβόησε τὸ πλῆθος, καὶ ἦσαν ποικίλαι παρὰ τῶν θεωμένων φωναὶ, τῶν μὲν ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν θεὸν εἶναι λεγόντων, [1] τῶν δὲ ἄλλην τινὰ ὑπὸ τῆς θεοῦ περιποιημένην· προσηύχοντο δὲ πάντες καὶ προσεκύνουν, καὶ τοὺς γονεῖς αὐτῆς ἐμακάριζον. Ἦν δὲ διαβόητος τοῖς θεωμένοις ἅπασιν Ἀνθία ἡ καλή. Ὡς δὲ παρῆλθε τὸ τῶν παρθένων πλῆθος, οὐδεὶς ἄλλο τι ἢ Ἀνθίαν ἔλεγεν. Ὡς δὲ Ἀβροκόμης μετὰ τῶν ἐφήβων ἐπέστη, τοὐνθένδε, καίτοι καλοῦ ὄντος τοῦ κατὰ τὰς παρθένους θεάματος, πάντες, ἰδόντες Ἀβροκόμην, ἐκείνων ἐπελάθοντο, ἔτρεψαν δὲ τὰς ὄψεις ἐπ' αὐτὸν, βοῶντες, ἀπὸ τῆς θέας ἐκ-

rebat, caneſque ſequebantur. Saepe illam in luco videntes Epheſii ut Dianam adoraverant; tunc vero, ut conſpexit populus, exclamavit, erantque variae ſpectantium voces, his prae ſtupore Deam ipſam eſſe dicentibus, illis a Dea ſociam aſſumtam; omnes autem ſupplicabant, adorabant, parenteſque ipſius beatos praedicabant. Erat in ore omnium pulchra Anthia, ac, praetereunte virginum turba, nihil aliud quam Anthiam quiſque nominabat. Verum ut acceſſit Abrocomas cum ephebis, puellarum ſpectaculum, licet perelegans, continuo omnium animis excidit, & uniuſcuiuſque oculi in illum converſi ſunt. Exclamabant ſpectaculo per-

1 Τῶν δὲ ἄλλην τινὰ ὑπὸ τῆς θεοῦ περιποιημένην) Τινὰ omiſſum a Cocchio revocavit e Cod. Flor. Locella. Pro περιποιημένην Hemſterh. tentavit vel περιπεσουμένην, vel περιπεποιημένην, vel περιποθουμένην, vel denique, quod ei verius videbatur, περιπεφιλημένην, *dilectam, in honore habitam.* Abreſchius Hemſterhuſii περιπεποιημένην cupide arreptum mox relinquit, legendumque ſuadet παραπεποιημένην, *ad ſimilitudinem factam*; ad cuius coniecturae enſum Locella corr. παραπεποιημένην, idque verſione expreſſit ſua. Nos in περιπεποιημένην adquieſcendum putamus.

πεπληγμένοι, καλὸς Ἀβροκόμης, λέγοντες, καὶ, οἷος οὐδὲ εἷς, καλοῦ μίμημα θεοῦ. Ἤδη δέ τινες καὶ τοῦτο προσέθεσαν, οἷος ἂν γάμος γένοιτο Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας. Καὶ ταῦτα ἦν πρῶτα τῆς Ἔρωτος τέχνης μελετήματα. Ταχὺ μὲν δὴ εἰς ἑκατέρους ἡ περὶ ἀλλήλων ἦλθε δόξα· καὶ ἡ τε Ἀνθία τὸν Ἀβροκόμην ἐπεθύμει ἰδεῖν, καὶ ὁ τέως ἀνέραστος Ἀβροκόμης ἤθελεν Ἀνθίαν ἰδεῖν.

Ὡς οὖν ἐτετέλεστο ἡ πομπὴ, ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν, θύσοντες ἅπαν τὸ πλῆθος· καὶ ὁ τῆς πομπῆς κόσμος ἐλέλυτο, ἦσαν δὲ ἐς ταὐτὸν ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ἔφηβοι καὶ παρθένοι. Ἐνταῦθα ὁρῶσιν ἀλλήλους, καὶ ἁλίσκεται Ἀνθία ὑπὸ τοῦ Ἀβροκόμου· ἡττᾶται δὲ ὑπὸ Ἔρωτος Ἀβροκόμης, καὶ ἐνεώρα τε συνεχέστερον τῇ κόρῃ, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς ὄψεως ἐβέλων, οὐκ ἐδύνατο· κατεῖχε δὲ αὐτὸν ἐγκείμενος ὁ θεός. Διέκειτο δὲ καὶ Ἀνθία πονήρως, ὅλοις μὲν καὶ ἀναπεπταμέ-

cuſſi, O pulchrum Abrocomam, nulli comparandum, pulchri Dei ſimulacrum! Nec defuere, qui adderent, Quale foret connubium ipſius & Anthiae! Hae primae fuerunt Amoris inſidiae: ſtatim enim utrumque mutua exiſtimatio occupat, & Anthia Abrocomam videre geſtit, & Anthiam Abrocomas, qui huc uſque amoris expers fuerat.

Ut igitur peracta pompa venere in templum ſacrificatum multitudo omnis, pompae ordo ſolutus eſt. Convenere eodem viri feminaeque, adoleſcentes & virgines. Ibi ut ambo ſe viderunt, Anthia Abrocomae forma capitur, Abrocomas amore victus puellam intentis oculis contemplatur; nec adſpectum effugere volens potis eſt, cohibebat enim illi inſidens Deus. Et Anthia miſere ſe habebat, totis & expanſis oculis Abrocomae

νοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ Ἀβροκόμου κάλλος εἰσρέον δεχομένη, ἤδη δὲ καὶ τῶν παρθένοις [1] πρεπόντων καταφρονοῦσα· καὶ γὰρ ἐλάλησεν ἄν τι, ἵνα Ἀβροκόμης ἀκούσῃ, καὶ μέρη τοῦ σώματος ἐγύμνωσεν ἂν τὰ δυνατὰ, ἵνα Ἀβροκόμης ἰδῃ. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐδεδώκει πρὸς τὴν θέαν, καὶ ἦν αἰχμάλωτος τοῦ θεοῦ. Καὶ τότε μὲν θύσαντες ἀπηλλάττοντο λυπούμενοι, καὶ τῷ τάχει τῆς ἀπαλλαγῆς μεμφόμενοι, ἀλλήλους βλέπειν ἐθέλοντες ἐπιστρεφόμενοι καὶ ὑφιστάμενοι πολλὰς προφάσεις διατριβῆς ηὕρισκον. Ὡς δὲ ἦλθον ἑκάτερος παρ' ἑαυτὸν, ἔγνωσαν τότε οἷ κακῶν ἐγεγόνεισαν· καὶ ἔννοια αὐτοὺς ὑπῆει τῆς ὄψεως θατέρου, καὶ ὁ ἔρως ἐν ἑαυτοῖς [2] ἀνεκαίετο, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἡμέρας αὐξήσαντες τὴν ἐπιθυμίαν, ἐπειδὴ εἰς ὕπνον ἦεσαν, ἐν ἀθρόῳ γίνονται τῷ δεινῷ, καὶ ὁ ἔρως ἐν ἑκατέροις ἦν ἀκατάσχετος. Λαβὼν δὲ τὴν

species intus labentem excipiens: iam ea, quae virgines decent, parvi faciens, ita loquebatur, ut adversus audiret Abrocomas; quasque fas erat corporis partes detegere, Abrocomae inspiciendas nudabat. Is cum se totum ad hoc spectaculum tradidisset, captivus in Dei potestatem venit. Sacrificio facto, moerentes discedunt, tam citum discessum querentes, seque invicem spectandi cupidi subsistunt identidem & convertuntur, plurimas morae causas simulantes. Ubi uterque domum venit, cognovit, in quod malum inciderit. Cogitatio subit mutui adspectus, amor incenditur, quodque reliquum est diei adeo cupidinem intendunt, ut cum dormiendi tempus adventaret, in maxima aegritudine versarentur, & neuter Amoris vim ferre valeret. Abro-

1 Cod. Flor. περιπόντων, quod Cocch. tacite in πρεπόντων abire iussit. Recte.

2 Locella, suadente Hemsterh. ita reposuit. Antea legebatur, ἀνεκαίετο.

κόμην ὁ Ἀβροκόμης, καὶ [1] σπαράξας τὴν ἐσθῆτα, Φεῦ μοι τῶν κακῶν, εἶπε, τί πέπονθα δυστυχής; ὁ μέχρι νῦν ἀνδρικὸς Ἀβροκόμης, ὁ καταφρονῶν Ἔρωτος, ὁ τῷ θεῷ λοιδορούμενος, ἐάλωκα, καὶ νενίκημαι, καὶ παρθένῳ δουλεύειν ἀναγκάζομαι, καὶ φαίνεταί τις ἤδη καλλίων ἐμοῦ, καὶ θεὸν Ἔρωτα καλῶ. Ὦ πάντα ἄνανδρος ἔτι καὶ πονηρός· οὐ καρτερήσω νῦν; οὐ μενῶ [2] γεννικός; οὐκ ἔσομαι καλλίων Ἔρωτος; νῦν [3] οὐδὲν ὄντα θεὸν νικῆσαί με δεῖ. Καλὴ παρθένος· τί δέ; τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, Ἀβροκόμη, εὔμορφος Ἀνθία, [4] ἀλλ', ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί. Δεδόχθω ταῦτα· οὐκ ἂν Ἔρως ποτε μοῦ κρατήσει.

comas, correpta diſciſſaque veſte, Hei mihi, inquit, miſero, quid patior infelix! Hucuſque fortis Abrocomas, Amorem deſpectui habens & ludibrio Deum, nunc captus victuſque ſum, & puellae ſervire cogor. Iam me pulchrior non nemo eſt, iam Deum appellare Amorem non dubitabo. O me miſerum & imbellem! Nunc igitur non reſiſtam? non fortiter manebo? Non ero pulchrior Amore? Nunc me a Deo vinci, qui nihili eſt, oportet? Virgo omnino pulchra eſt. Quid vero? Anthia adeo tuis oculis formoſa, o Abrocoma, innupta eſt. Apage, ne hoc ineas conſilium. Nunquam

1 Καὶ σπαράξας τὴν ἐσθῆτα) Admodum blanditur Hemſterhuſii opinio, ita hunc locum refingentis ac ſupplentis: Λαβὼν δὲ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας, περιρρηξάμενός τε τὴν ἐσθῆτα· quae & mori loquendi Noſtro uſitatiſſimo & rationi innititur. Recepit eam emendationem Locella, ita tamen, ut uncinis includeret.

2 Οὐ μενῶ γεννικός;) Codex Flor. γενικὸς, unde γεννικὸς reſinxit Locella. Editiones habent γεννικῶς.

3 Οὐδὲν ὄντα) Hemſterh. legi vult οὐδὲ ὄντα. Sed οὐδὲν εἶναι, *de homine nihili*, quem parvi pendimus, ſatis frequentatum.

4 Ἀλλ' ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί.) Haec eſt ſincera Codicis Florentini lectio. Depravavit eam Cocchius hunc in modum: Ἀνθία, ἄζυγος καὶ θῆλυς, οὐχὶ σοὶ δεδόχθω ταῦτα.

Ταῦτα ἔλεγε. Καὶ ὁ θεὸς σωφρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο, καὶ εἵλκεν ἀντιπίπτοντα, καὶ ὠδύνα μὴ θέλοντα. Οὐκ ἔτι δὲ καρτερῶν, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς γῆν, Νενίκηκας, εἶπεν, Ἔρως, μέγα σοι τρόπαιον ἐγήγερται καθ' Ἀβροκόμοῦ τοῦ σώφρονος. Ἱκέτην ἔχεις, [1] ἄσωτον, σὸν, ἐπί σε καταπεφευγότα, τὸν πάντων δεσπότην. Μή με περίδῃς, μηδὲ ἐπὶ πολὺ τιμωρήσῃ τὸν θρασύν. Ἄπειρος ὢν, Ἔρως, ἔτι τῶν σῶν, ὑπερηφάνουν. Ἀλλὰ νῦν Ἀνθίαν ἡμῖν ἀπόδος· γένου μὴ πικρὸς μόνον ἀντιλέγουσι, ἀλλ' εὐεργέτης ἡττωμένῳ θεός. Ταῦτα ἔλεγεν. Ὁ δὲ Ἔρως ἔτι ὠργίζετο, καὶ μεγάλην τῆς ὑπεροψίας ἐνενοεῖτο τιμωρίαν [2] εἰσπράξασθαι τὸν Ἀβροκόμην.

Διέκειτο δὲ καὶ ἡ Ἀνθία πονήρως· καὶ, οὐκέτι φέ-

me potior erit Amor. Haec dicenti fortius insidet Deus, renitentem trahit, nolentemque cruciat. Ille non amplius sustinere valens, seque humi prosternens, Vicisti, inquit, Amor: magnum tibi erectum tropaeum de Abrocomae temperantia. Supplicem vides, perditum, tuum, ad te profugientem omnium dominum. Ne me despicias, neque nimias audaciae poenas sumas. Nondum tuas, Amor, vires expertus paulo elatiorem me gessi. Nunc da mihi Anthia potiri, sisque non tam acer pervicaci, quam victo propitius Deus. Haec ille. Amor tamen adhuc iratus, magnas ab eo contemtus poenas exigere cogitabat.

Anthia quoque se male habebat, nec diutius durare

1 Ἄσωτον, σὸν,] Hemsterh. varia tentat: *ἱκέτην ἔχεις· σῶσον τὸν ἐπί σε καταπ.* tum, *σῶσον σὸν, ἐπί σε καταπ.* denique, *ἱκέτην ἔχεις σωτὸν σόν.* Sed iure Locella in vulgata acquievit, explicatque, *supplicem habes, intemperantem, tuum.* Idem mox e Cod. Flor. reposuit *τὸν πάντ. δισπ.* pro *τῶν π. δ.* quod edd. obsidet.

2 Εἰσπράξασθαι) Cod. Flor. vitiose *τὸ πράξασθαι.*

ρειν δυναμένη, ἐπεγείρει ἑαυτὴν, πειρωμένη τοὺς παρόντας λανθάνειν. Τί, Φησὶν, ὦ δυστυχὴς, πέπονθα; παρθένος παρ' ἡλικίαν ἐρῶ, καὶ ὀδυνῶμαι καινὰ, καὶ κόρη μὴ πρέποντα. Ἐφ' Ἀβροκόμῃ μαίνομαι, καλῷ μὲν, ἀλλ' ὑπερηφάνῳ. Καὶ τίς ἔσται ὁ τῆς ἐπιθυμίας ὅρος; καὶ τί τὸ πέρας τοῦ κακοῦ; Σοβαρὸς οὗτος ἐρώμενος, παρθένος ἐγὼ φρουρουμένη, τίνα βοηθὸν λήψομαι; τίνι πάντα κοινώσομαι; ποῦ δὲ Ἀβροκόμην ὄψομαι; Ταῦτα ἑκάτερος αὐτῶν δι' ὅλης νυκτὸς ὠδύρετο· εἶχον δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν τὰς ὄψεις τὰς ἑαυτῶν, τὰς εἰκόνας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀλλήλων ἀναπλάττοντες. Ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἦει μὲν Ἀβροκόμης ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσματα, ἦει δὲ ἡ παρθένος ἐπὶ τὴν ἐξ ἔθους θρησκείαν τῆς θεοῦ. Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα ἐκ τῆς παρελθούσης νυκτὸς πεπονηκότα, καὶ τὸ βλέμμα ἄθυμον, καὶ οἱ χρῶτες ἠλλαγμένοι·

valens, experrecta, & eos, qui aderant, latere ſtudens, Heu, inquit, miſerae quid accidit mihi! Amo plus quam per aetatem fas ſit, & novo quodam modo doleo, nec qui puellam decet. Abrocomae amore inſanio, formoſi quidem adoleſcentis, ſed nimium ſuperbi. Ecquis erit deſiderio finis, quis malorum terminus? Quem amo, ferox eſt: virgo ego, cuſtodibus circumſepta, quem mihi auxiliatorem ſumam, quicum omnia communicem? ubi Abrocomam videre licebit? Haec uterque tota nocte lamentabatur, & alter alterius vultum ob oculos habebat, hanc imaginem animo ſibi fingentes. Ubi illuxit, Abrocomas ad conſueta exercitia proficiſcitur: puella de more Deae cultui incumbit. Corpora eorum praeterita nocte defatigata, oculi languentes, multumque immutatus color, & haec omnia

[1] καὶ τοῦτο ἐπὶ πολὺ ἐγίνετο, καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἦν. Ἐν τούτῳ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Θεοῦ διημερεύοντες εἰεώρων ἀλλήλοις, εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς Φόβῳ πρὸς ἑκατέρους αἰδούμενοι. Τοσοῦτο δὲ ἐστέναξεν ἄν ποτε Ἀβροκόμης, καὶ ἐδάκρυσε, καὶ [2] προσείχετο, τῆς κόρης ἀκουούσης ἐλεεινῶς. Ἡ δὲ Ἀνθία ἔπασχε μὲν τὰ αὐτά· πολὺ δὲ μείζονι τῇ συμφορᾷ κατείχετο· εἰ δέ ποτε ἄλλας παρθένους ἢ γυναῖκας ἴδοι βλεπούσας εἰς ἐκεῖνον, (ἑώρων δὲ ἅπασαι εἰς Ἀβροκόμην) δῆλη ἦν λυπουμένη, μὴ παρευδοκιμηθῇ φοβουμένη. Εὐχαὶ δὲ αὐτοῖς ἑκατέροις ἦσαν πρὸς τὴν Θεὸν κοινῇ, λανθάνουσαι μὲν, ἀλλ' ἐγίνοντο ὁμοίαι. Χρόνου δὲ προϊόντος, οὐκέτι τὸ μειράκιον ἐκαρτέρει. Ἤδη δὲ αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιστο, καὶ ἡ ψυχὴ κατα-

in peius: nec profuit in templo interdiu morantibus se mutuo spectare, cum prae metu uterque, quod vere sentiebat, alteri detegere vereretur. Suspirabat subinde, flebatque Abrocomas, ad puellam se convertens, quae illum miserata auscultabat, eademque omnino patiebatur. Id vero ad Anthiae infortunium accedebat, quod, si quas virgines aut mulieres illum intuentes vidisset, (omnes autem Abrocomam intuebantur) manifestaret moerorem, pertimescens, ne ipsi minus placeret. Vota quidem apud Deam uterque simul eadem insciens faciebat. Id malum in dies augebatur, adeo ut durare diutius adolescens non posset. Toto iam corpore deco-

1 Καὶ τοῦτο — αὐτοῖς ἦν) Haec verba sede sua excussa, collocandaque post αἰδούμενοι censeo. *Alter alterius aspectu fruebatur; diuque nihil amplius inter ipsos intercedebat commercii.*

2 Καὶ προσείχετο, τῆς κόρης ἀκουούσης ἐλ.) Verba admodum corrupta Hemsterh. ita reformabat: καὶ προσῖχε τῇ (vel τοι) τῇ κόρῃ κακουύτῃ ἐλεεινῶς, *animum tamen attendebat virgini gementi miserabiliter.* Mox aliud latere in προσείχετο, quod cum ἐλεεινῶς connecteretur, idem suspicabatur. Quod quidem extundere conatus est Abresch. coniectando, προσύχετο.

πέπτωκεν, ὥστε ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ τὸν Λυκομήδην καὶ τὴν Θεμιστὼ γεγονέναι, οὐκ εἰδότας μὲν, ὅ, τι εἴη τὸ συμβαῖνον Ἀβροκόμῃ, δεδοικότας δὲ ἐκ τῶν ὁρωμένων. Ἐν ὁμοίῳ δὲ σόβῳ καὶ ὁ Μεγαμήδης καὶ ἡ Εὐίππη καὶ περὶ τῆς Ἀνθίας καθειστήκεισαν, ὁρῶντες αὐτῆς τὸ μὲν κάλλος μαραινόμενον, τὴν δὲ αἰτίαν οὐ φαινομένην τῆς συμφορᾶς. Εἰς τέλος εἰσάγουσι παρὰ τὴν Ἀνθίαν μάντεις καὶ ἱερέας, ὡς εὑρήσοντας λύσιν τοῦ δεινοῦ. Οἱ δὲ ἑλθόντες ἔθυόν τε ἱερεῖα, καὶ ποικίλα ἐπέσπενδον, καὶ ἐπέλεγον φωνὰς βαρβαρικὰς, ἐξιλάσκεσθαί τινας λέγοντες δαίμονας, καὶ [1] προσεποίουν, ὡς εἴη τὸ δεινὸν ἐκ τῶν ὑποχθονίων θεῶν. Πολλὰ δὲ καὶ ὑπὲρ Ἀβροκόμου οἱ περὶ τὸν Λυκομήδην ἔθυόν τε καὶ ηὔχοντο· λύσις δὲ οὐδεμία τοῦ δεινοῦ οὐδὲ ἑτέρῳ αὐτῶν ἐγίνετο, ἀλλὰ καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ ἔρως ἀνεκαίετο. Ἐκεῖντο μὲν δὴ ἑκάτεροι νοσοῦντες, πά-

lor ita conciderat animo, ut Lycomedes & Themiſto animo admodum angerentur, quid Abrocomae accidiſſet, ignorantes, etſi ex his, quae viderant, coniecturam facerent. De Anthia ſimili erant in metu Megamedes & Evippe, cum formam eius marceſcentem, nullamque mali cauſam apparere viderent. Tandem ad puellam vates & ſacerdotes adducunt, eam malo liberaturos. Qui quidem hoſtias immolarunt, variiſque libationibus ac quibuſdam barbaricis vocibus uſi, neſcio quae numina ſe placaturos dicunt, finguntque, malum a Diis inferis immiſſum eſſe. Multa quoque & Lycomedes pro Abrocoma ſacra fecit, & preces fudit; neuter tamen a malo liberatur, immo & amor magis inflammatur, amboque morbo correpti in diſcrimine verſabantur,

1 Καὶ προσεποίουν) Hemſterh. corr. καὶ προσεποιοῦντο, & *mulabant, videri volebant, malum illud eſſe immiſſum a dis inferis.*

νυ ἐπισφαλῶς διακείμενοι, ὅσον οὐδέπω τεθνήξεσθαι προσδοκώμενοι, κατειπεῖν αὐτῶν τὴν συμφορὰν μὴ δυνάμενοι. Τέλος πέμπουσιν οἱ πατέρες ἑκατέρων εἰς θεοὺς, μαντευσόμενοι τήν τε αἰτίαν τῆς νόσου καὶ τὴν ἀπαλλαγήν.

Ὀλίγον δὲ ἀπέχει τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος, διάπλουν ἀπὸν Ἐφέσου σταδίων ὀγδοήκοντα. Ἐνταῦθα οἱ παρ' ἑκατέρων ἀφικόμενοι δέονται τοῦ θεοῦ ἀληθῆ μαντεύεσθαι· ἐληλύθεσαν δὴ κατὰ [1] ταὐτά. Χρᾷ δὲ ὁ θεὸς κοινὰ ἀμφοτέροις τὰ μαντεύματα ἐμμέτρως τὰ ἔπη τάδε·

Τίπτε πόθεῖτε μαθεῖν νούσου τέλος, ἠδὲ καὶ ἀρχήν;
Ἀμφοτέρους μία νοῦσος ἔχει, λύσις ἔνθεν ἀνέστη.
Δεινὰ δ' ὁρῶ τοίσδεσσι πάθη, καὶ ἀνήνυτα ἔργα.
Ἀμφότερι φεύξονται ὑπεὶρ ἅλα [2] λυσσοδίωκτοι,

mortem propemodum exſpectantes, cum tamen enarrare malum non valerent. Tandem utriuſque parentes Deos conſultum mittunt, cauſam morbi & remedium quaerentes.

Non longe diſtat fanum Apollinis Colophonii: ab Epheſo traiectus eſt octoginta tantum ſtadiorum. Ibi exorantibus Deum, qui ab utriuſque parentibus miſſi fuerant, ut vera redderet oracula, quorum cauſa illuc venerant, commune utriſque reſponſum Deus hiſce verſibus reddidit:

Quis morbi finis, quae, ſcire optatis, origo?
Idem morbus utrique, ſalus utrique futura eſt.
Multa pati video, longos & adire labores,
Errantes, aſtos praedonibus aequora circum.

1 Ἐληλύθεσαν -- ταὐτά) Haec ῥῆσις ponenda videtur παρενθετικῶς poſt κοινά. Male vero ſuperiores edd. ταῦτα.

2 Λυσσοδίωκτοι) Hemſterhuſius corr. λῃστοδίωκτοι, ſatis probabiliter.

Δεσμὰ δὲ μοχθήσουσι παρ' ἀνδράσι μιξοβαλάσσοις·
Καὶ τάφος ἀμφοτέροις θάλαμος, καὶ πῦρ ἀίδηλον,
Καὶ ποταμοῦ Νείλου παρὰ ῥεύμασιν Ἰσιδι σεμνῇ
Σωτείρῃ μετόπισθε παραστῆς ὄλβια δῶρα.
Ἀλλ' ἔτι που μετὰ πήματ' ἀρείονα πότμον ἔχουσι.

Ταῦτα ὡς ἐκομίσθη τὰ μαντεύματα εἰς Ἔφεσον, εὐθὺς μὲν οἱ πατέρες αὐτῶν ἦσαν ἐν ἀμηχανίᾳ, καὶ τὸ δεινὸν, ὅ, τι ἦν, πάνυ ἠπόρουν. Συμβάλλειν δὲ τὰ τοῦ θεοῦ λόγια οὐκ ἐδύναντο· οὔτε γὰρ τίς ἡ νόσος, οὔτε τίς ἡ φυγὴ, οὔτε τίνα τὰ δεσμὰ, οὔτε ὁ τάφος τίς, οὔτε ὁ ποταμὸς τίς, οὔτε τίς ἡ ἐκ [1] τοῦ θεοῦ βοήθεια. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς πολλὰ βουλευομένοις παραμυθήσασθαι τὸν χρησμὸν ὡς οἷόν τε, καὶ συζεῦξαι γάμῳ τοὺς παῖδας, ὡς τοῦτο καὶ τοῦ θεοῦ βουλευομένου, δι' ὧν ἐμαντεύσατο. Ἐδόκει δὲ ταῦτα· καὶ διέ-

Vincla ferent, queis dura premet gens, quae mare currit.
Ambobus tumulus torus, exitioſaque flamma.
Dona dehinc ſanctae dabis Iſidi, ſoſpita quae te
Fluminis ad Nili ſervabit clara fluenta.
Poſt mala ſed video meliores volvere caſus.

Ubi haec oracula Epheſum allata ſunt, ſtatim quidem eorum parentes ex conſilii inopia attoniti fuere, nec, quid mali liberis ſuis portenderetur, exputare valebant; non enim ex Dei reſponſis coniicere ullatenus poterant, quid morbus, fuga, vincula, tumulus, flumen, & auxilium a Deo exſpectandum ſibi vellent. Viſum eſt igitur, poſtquam diu una conſuluiſſent, oraculum, quoad fieri poſſet, mitigare, connubioque iungere adoleſcentes, quaſi & id reſponſo ſuadere voluerit Deus;

1 Ἐκ τοῦ θεοῦ) Ἐκ τῆς θεοῦ ſc. Iſidis σωτείρης, malit Abreſch.

γνωσαν μετὰ τὸν γάμον ἐκπέμψαι χρόνῳ τινὶ ἀποδημήσοντας αὐτούς.

Μεστὴ μὲν ἤδη ἡ πόλις ἦν τῶν εὐωχουμένων· πάντα δ' ἦν ἐστεφανωμένα, καὶ διαβόητος ὁ μέλλων γάμος· ἐμακαρίζετο δὲ ὑπὸ πάντων, ὁ μὲν, οἵαν ἄξεται τὴν γυναῖκα Ἀνθίαν, ἡ δὲ, οἵῳ μειρακίῳ συγκατακλιήσεται. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης, ὡς ἐπύθετο καὶ τὸν χρησμὸν καὶ τὸν γάμον, ἐπὶ μὲν τῷ τὴν Ἀνθίαν ἕξειν, μεγάλως ἔχαιρεν· ἐφόβει δὲ αὐτὸν οὐδὲν τὰ [1] μεμαντευμένα, ἀλλ' ἐδόκει παντὸς εἶναι δεινοῦ τὰ παρόντα ἡδίονα. Μετὰ [2] ταῦτα δὲ καὶ ἡ Ἀνθία ἥδετο μὲν, ὅτι Ἀβροκόμην ἕξει· τίς δὲ ἡ Φυγὴ, ἢ τίνες αἱ συμφοραὶ, κατεφρόνει, πάντων τῶν ἐσομένων κακῶν Ἀβροκόμην ἔχουσα παραμυθίαν. Ὡς οὖν ἐφέστηκεν ὁ τῶν γάμων καιρὸς, καὶ παννυχίδες ἦγοντο, καὶ

statuerumtque, peractis nuptiis, eos peregre ad aliquod tempus mittere.

Iam omnia per urbem epulis & coronis plena, ac futurae nuptiae ubique sermonibus percelebratae. Beati ab omnibus praedicabantur, Abrocomas, quod Anthiam ducturus esset uxorem, haec, quod tali adolescentulo esset concubitura. Abrocomas, responsi & nuptiarum certior factus, admodum laetatus est, se Anthia potiturum, minimeque vaticinio perterritus praesentem voluptatem omni malo suaviorem esse existimabat. Gaudebat & Anthia Abrocoma fruitura, parvi pendens quid sibi ex fuga & ceteris calamitatibus impenderet, cum in Abrocoma omnium futurorum malorum solatium nacta esset. Ubi igitur nuptiarum tempus advenit, pervigilia celebrata sunt, multaeque hostiae

1 Τὰ *μεμαντευμένα*) Ita Cod. Flor. Edd. offerunt τὰ *μαντευόμενα*.

2 Μετὰ *ταῦτα δὲ*) Vix commoda haec. Abresch. corr. *κατὰ ταὐτὰ δὲ* vel *δή*.

ἱερεῖα πολλὰ ἐθύετο τῇ θεῷ. Καὶ ἐπειδὴ ταῦτα ἐκτετέλεστο, ἡκούσης τῆς νυκτὸς, (βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμῃ καὶ Ἀνθίᾳ) ἦγον τὴν κόρην εἰς τὸν θάλαμον μετὰ λαμπάδων τὸν ὑμέναιον ᾄδοντες, ἐπευφημοῦντες, καὶ εἰσάγοντες κατέκλινον. Ἦν δὲ [1] αὐτοῖς ὁ θάλαμος πεποιημένος· κλίνη χρυσῆ στρώμασιν ἔστρωτο πορφυροῖς, καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης Βαβυλωνία ἐπεποίκιλτο σκηνή· παίζοντες Ἔρωτες, οἱ μὲν Ἀφροδίτην θεραπεύοντες, (ἦν δὲ καὶ Ἀφροδίτης εἰκὼν) οἱ δὲ ἱππεύοντες ἀναβάται στρουθοῖς, οἱ δὲ στεφάνους πλέκοντες, οἱ δὲ ἄνθη φέροντες. Ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ [2] μέρει τῆς σκηνῆς· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Ἄρης ἦν οὐχ ὡπλισμένος, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος, ἐστεφανωμένος, [3] χλαμύδα ἔχων.

Deae immolatae. His peractis, adventante iam nocte, omnia Abrocomae & Anthiae moram facere videbantur. Duxere puellam in thalamum cum lampadibus hymenaeum canentes, fauſtaque comprecantes, ibique intromiſſos recumbere fecerunt. Thalamus erat exornatus, lectus aureus ſtragulis purpureis ſtratus, tectuſque in modum tentorii Babylonia veſte ſcite variata. Inerant ludentes Amores, quorum alii Veneri (quae & ipſa ibi erat depicta) famulabantur, alii paſſeribus tanquam equis inſidebant, nonnulli plectebant coronas, alii flores afferebant. Haec in una aulaei parte. In altera parte Mars erat non armatus, ſed quaſi ad amicam Venerem accedens ornatus, corona redimitus, induſtuſque chlamyde, & ei dux viae erat Amor lampada

1 Ἦν δὲ αὐτοῖς) Hemſterh. pro αὐτοῖς legi malebat οὗτως. Sed recte illud inſeras, retento quoque altero, iudice Loc.

2 Μέρει τῆς σκηνῆς· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ) Revocavit haec verba Loc. e cod. Flor. In edd. plane deſunt.

3 Χλαμύδα ἔχων) Hemſterh. coni. χλανίδα. Sed χλαμύδα veſtem etiam civilem fuiſſe, docte aſſerit Loc.

Ἔρως αὐτὸν ὡδήγει, λαμπάδα ἔχων ἠμμένην. Ἐπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ κατέκλιναν τὴν Ἀνθίαν ἀγαγόντες πρὸς τὸν Ἀβροκόμην, ἐπέκλεισάν τε τὰς θύρας.

Τοῖς δὲ ἑκατέροις πάθος συνέβη ταὐτὸν, καὶ οὔτε προσειπεῖν ἔτι ἀλλήλους ἠδύναντο, οὔτε ἀντιβλέψαι τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἔκειντο δὲ ὑφ' ἡδονῆς παρειμένοι, αἰδούμενοι, φοβούμενοι, πνευστιῶντες, ἡδόμενοι· ἐπάλλετο δὲ αὐτοῖς τὰ σώματα, καὶ ἐκραδαίνοντο αὐτοῖς αἱ ψυχαί. Ὀψὲ δὲ ὁ Ἀβροκόμης ἀνενεγκὼν περιέλαβε τὴν Ἀνθίαν· ἡ δὲ ἐδάκρυε, τῆς ψυχῆς αὐτῆς σύμβολα προπεμπούσης τῆς ἐπιθυμίας τὰ δάκρυα. Καὶ ὁ Ἀβροκόμης, Ὦ τῆς ἐμοὶ, φησὶ, ποθεινοτάτης νυκτὸς, ἣν μόλις ἀπείληφα, πολλὰς πρότερον νυκτὰς δυστυχήσας. Ὦ φωτὸς ἡδίων ἐμοὶ κόρη, καὶ τῶν πώποτε λαλουμένων εὐτυχεστέρα· τὸν ἐραστὴν ἔχεις ἄνδρα, μεθ' οὗ ζῆν καὶ ἀποθανεῖν ὑπάρξαι γυναικὶ σώφρονι. Εἰπὼν κατεφίλει τε καὶ ὑπεδέχετο τὰ δά-

tenens accenſam. In hoc tentorio collocata Anthia, & Abrocomae admota, fores clauſerunt.

Utrique idem accidit, ut alterum alloqui non poſſet, neque intueri. Iacebant nimia voluptate languidi, pudibundi, timentes, anheli, ac dulcedine perfuſi: palpitabant artus, animique vehementer commoti erant. Tandem Abrocomas, ubi ſe collegit, Anthiam amplexatur lacrimantem, anima eius lacrimas velut deſiderii indicia praemittente. O nox, inquit, exoptatiſſima! quot heu miſer doloris plenas exegi, antequam hanc vix tandem nanciſcerer! O puella luce mihi carior, omniumque, de quibus unquam ſermo fuit feliciſſima, quae amatorem habes virum, quocum vivere & mori probae uxori liceat! His dictis oſculatur, excipitque

κρυα, καὶ αὐτῷ ἐδόκει παντὸς μὲν εἶναι νέκταρος ποτιμώτερα τὰ δάκρυα, παντὸς δὲ τοῦ πρὸς ὀδύνην φαρμάκου δυνατώτερα. Ἡ δὲ ὀλίγα αὐτὸν προσφθεγξαμένη, Ναὶ, φησὶν, Ἀβροκόμη, δοκῶ σοι καλὴ, καὶ μετὰ τὴν σὴν εὐμορφίαν ἀρέσκω σοι; Ἄνανδρε καὶ δειλὲ, πόσον ἐβραδύνας ἐρῶν χρόνον; πόσον ἠμέλησας; ἀπὸ τῶν ἐμαυτῆς κακῶν, ἃ πέπονθας οἶδα. Ἀλλ' ἰδοὺ, δάκρυα μὲν ὑποδέχου τάμὰ, καὶ ἡ καλὴ σοῦ κόμη πινέτο πόμα τὸ ἐρωτικὸν, καὶ συμφῦντες ἀλλήλοις ἀναμιγῶμεν, καταβρέχωμεν δὲ καὶ τοὺς στεφάνους τοῖς παρ' ἀλλήλων δακρυσιν, ἵν' ἡμῖν καὶ οὗτοι συνερῶσιν. Εἰποῦσα ἅπαν μὲν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἡπτάζετο, ἅπασαν δὲ τὴν κόμην τοῖς αὐτῆς ὀφθαλμοῖς προσετίθει· καὶ τοὺς στεφάνους [1] ἀνελάμβανε, καὶ τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνεῤῥάφει, καὶ, ὅσα ἐνενόουν, διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν

lacrimas, quae omni nectare ſuaviores ipſi viſae ſunt, & quocunque medicamento ad dolorem levandum efficaciores. Illa paucis allocuta, Abrocoma, inquit, an pulchra tibi videor, ac, licet ipſe forma adeo praeſtes, placeo? Timide & ignave, quamdiu amare cunctatus es? quamdiu nulli id tibi curae fuit? a meis malis, quae ipſe paſſus ſis, coniicio. Verum iam age, meas excipe lacrimas, bibantque elegantes comae tuae amoris poculum, invicemque complexi adhaereamus, ita ut coronae mutuis lacrimis madeant, & noſtrum una ipſae amorem ſentiant. His dictis, caput eius amplectitur, adducitque ſuis oculis comas. Suſcipiunt coronas, conſutiſque mutuo ſuavio labellis, quae quiſque cogitabat, ex animo in animum per oſcula

1 Ἀνελάμβανε) Ita correctum ab Hemſterh. Edd. tenent, ἀνελάμβανον. Locum autem vel ſic nondum perſanatum eſſe, facile Locellae largimur.

θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο. Φιλοῦσα δὲ αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, Ὦ, φησι, πολλάκις με λυπήσαντες ὑμεῖς, ὦ τὸ πρῶτον ἐνθέντες τῇ ἐμῇ κέντρον ψυχῇ, οἱ ποτὲ σοβαροὶ μὲν, νῦν δὲ ἐρωτικοὶ, [1] καλῶς μοι διηκονήσατε, καὶ τὸν ἔρωτα τὸν ἐμὸν καλῶς εἰς τὴν Ἀβροκόμου ψυχὴν ὡδηγήσατε. Τοιγαροῦν ὑμᾶς πολλὰ φιλῶ, καὶ ὑμῖν ἐφαρμόζω τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ἐμοὺς, τοὺς Ἀβροκόμου διακόνους. Ὑμεῖς δὲ ἀεὶ βλέποιτε [2] ταὐτὰ, καὶ μήτε Ἀβροκόμῃ ἄλλην δείξητε καλὴν, μήτε ἐμοὶ δόξῃ τις ἄλλος εὔμορφος. Ἔχετε ψυχὰς, ἃς αὐτοὶ ἐξεκαύσατε, ταύτας ὁμοίως τηρήσατε. Ταῦτα εἶπε. Καὶ περιφῦντες ἀνεπαύοντο, καὶ τὰ πρῶτα [3] τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων ἀπήλαυον. Ἐφιλονείκουν δὲ δι' ὅλης νυκτὸς πρὸς ἀλ-

labiis impreſſa tranſmittunt. Illa adoleſcentis oculos baſians, O quoties, inquit, me dolore affeciſtis! qui primum mihi infixiſtis animo aculeum, vos quondam ſuperbiae, nunc amoris pleni, optime de me meruiſtis, quippe qui amorem mei in Abrocomae animum induxeritis. Vos itaque exoſculor, vobis hoſce meos admoveo oculos Abrocomae famulos. Sic vos ſemper haec ſpectetis, non aliam Abrocomae elegantis formae puellam oſtendite, ac nemo mihi pulcher alius videatur. En vobis animas noſtras, quas exuſſiſtis; has habete, & pari ſtudio ſervate. Haec illa. Tum mutuo amplexu haerentes requievere, ac carpentes tunc primum Veneris gaudia, totam noctem ſumma aemulatio-

1 Vitioſe edd. καχῶς μοι διηκ. At καλῶς habet Codex Flor. uti quoque legendum coni. Hemſt.

2 Ταὐτὰ) Ita repoſuit Loc. ex emendatione Hemſterh. Vulgo, ταῦτα.

3 Τῶν Ἀφροδ. ἐράτων) In edd. erat, τῆς Ἀφροδ. ἐράτων· unde Hemſterh. faciebat, τῆς Ἀφροδίτ. ἐρῶντες. Sed melior, quam ſuppeditat Cod. Flor. lectio.

λήλους, φιλοτιμούμενοι, τίς φανείται μᾶλλον ἐρῶν.

Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἀνίσταντο πολὺ μὲν ἡδίονες, πολὺ δὲ εὐθυμότεροι, ἀπολαύσαντες ἀλλήλων ὧν ἐπεθύμησαν [1] χρόνων καλῶν. Ἑορτὴ δὲ ἦν ἅπας ὁ βίος αὐτοῖς, καὶ μεστὰ εὐωχίας πάντα, καὶ ἤδη καὶ τῶν μεμαντευμένων λήθη. Ἀλλ' οὐχὶ τὸ Εἱμαρμένον [2] ἐπελέλησττο, ἀλλ' οὐδὲ ὅτῳ ἐδόκει ταῦτα, θεῷ ἠμέλει. Χρόνου δὲ διελθόντος ὀλίγου, ἔγνωσαν οἱ πατέρες ἐκπέμπειν αὐτοὺς τῆς πόλεως κατὰ τὰ βεβουλευμένα· ἤμελλόν τε γὰρ ἄλλην ὄψεσθαι γῆν καὶ ἄλλας πόλεις, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ χρησμὸν, ὡς οἷόν τε ἦν, παραμυθήσασθαι ἀπαλλαγέντες χρόνῳ τινὶ Ἔτέρου. Παρεσκευάζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον· ναῦς τε [3] μεγάλη καὶ ναῦται πρὸς ἀναγωγὴν

ne inter ſe contenderunt, uter magis amans videretur.

Ubi illuxit, blandiores alacrioreſque ſurrexere, quod tandem felicibus illis temporibus tamdiu exoptatis frui ſibi invicem contigiſſet. Vita omnis erat eis quaſi feſtus dies, omniaque conviviorum plena, adeo, ut iam oraculi reſponſa animo exciderent. Verum non ea Fato exciderant, nec a Deo negligebantur, quiſquis ille fuit, qui decreverat. Non multo poſt tempore a parentibus, quibus id ſtatutum fuerat prius, peregre mittuntur, ut ſcilicet alias regiones, urbeſque alias viderent: ſe enim Dei reſponſum mitigaturos, quoad fas eſſet, putabant, ſi aliquamdiu Epheſo abeſſent. Parantur ad diſceſſum omnia: magnae naves, nautaeque ad ducendum ido-

1 Χρόνων καλῶν) Locus valde corruptus. Hemſterh. tentat, ἀπολαύσαντες ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν. Locella autem, ἀπολαύσαντες ἐξ ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν. Sed vulnus altius adactum arbitror. Forte excidere quaedam ante χρόνων.

2 Ἐπελέλησττο) Oudend. ad Thom. M. p. 348. corr. ἐκτετέλεστο. Sed alterum multo venuſtius. Perſonam τὸ Εἱμαρμένον cogita.

3 Ναῦς τε μεγάλη) Vitioſe Cod. Flor. & edd. uſque ad Lo-

ἕτοιμοι, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλλοντο, πολλὴ μὲν ἐσθὴς καὶ ποικίλη, πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, ἥτε τῶν σιτίων ὑπερβάλλουσα ἀφθονία. Θυσίαι δὲ πρὸ τῆς ἀναγωγῆς τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ εὐχαὶ δήμου παντὸς, καὶ δακρυα πάντων, ὡς μελλόντων ἀπαλλάττεσθαι παίδων κοινῶν. Ἦν δὲ ὁ πλοῦς αὐτοῖς ἐπ' Αἴγυπτον παρεσκευασμένος. Ὡς δὲ ἦλθεν ἡ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρα, πολλοὶ μὲν οἰκέται, πολλαὶ δὲ θεράπαιναι * * [1] Μελλούσης δὲ τῆς νεὼς ἐπανάξεσθαι, πᾶν μὲν [2] τὸ Ἐφεσίων παρῆν παραπεμπόντων, πολλαὶ δὲ καὶ τῶν * * * * * [3] μετὰ λαμπάδων καὶ θυσιῶν. Ἐν τούτῳ μὲν οὖν ὁ Λυκομήδης καὶ ἡ Θεμιστὼ, πάντων ἅμα ἐν ὑπομνήσει γενόμενοι, τοῦ χρησμοῦ, τοῦ παιδὸς, τῆς ἀποδημίας, ἔκειντο εἰς γῆν ἀθυμοῦν-

nei, omniaque neceſſaria importantur, multae & variae veſtes, multum argenti & auri, commeatuſque plurimus. Immolatum eſt Dianae, ut ductu ſuo opitularetur; nec defuere preces totius populi, omniumque lacrimae, veluti communibus gnatis diſcedentibus. Navigationem in Aegyptum paraverant; cumque abeundi dies adeſſet, & navis deducenda iam foret, famulorum & ancillarum frequentia, omniſque Epheſiorum multitudo proſequebatur, & multae ex * * * * cum lampadibus & ſuffimentis. Interea Lycomedes & Themiſto, omnia ſimul recordantes, oraculum, filium, ipſius peregrinationem, humi iacebant conſternati, pa-

cellam, ναῦς τι μιγάλαι, & mox πρὸς ἀγωγήν.

1 Μελλούσης δὲ) Ante haec verba excidiſſe quaedam, ſatis manifeſtum eſt. Sententia poſtulat, *navi imponebantur*, vel ſimile quid. Mox ἐπανάξεσθαι referipſi cum Hemſterh. pro ἐπὶ ἀξασθαι.

2 Τὸ Ἐφεσίων) Hemſterh. vix dubitabat, excidiſſe πλῆθος, quod & alibi Noſter conſtanter ponere ſoleat.

3 Lacunam hanc Hemſterh. ita explet: πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ἱερειῶν, vel ἱερῶν παρθένων· recte utique ad ſenſum.

τες. Ὁ δὲ Μεγαμήδης καὶ ἡ Εὐίππη ἐπεπόνθησαν μὲν τὰ αὐτὰ, εὐθυμότεροι δὲ ἦσαν, τὰ τέλη σκοπούντες τῶν μεμαντευμένων. Ἤδη μὲν οὖν ἐθορύβουν οἱ ναῦται, καὶ ἐλύετο τὰ πρυμνήσια, καὶ ὁ κυβερνήτης τὴν αὐτοῦ χώραν κατελάμβανε, καὶ ἡ ναῦς ἀπεκινεῖτο. Βοὴ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πολλὴ, καὶ τῶν ἐν τῇ νηὶ συμμιγὴς, τῶν μὲν, ὦ παῖδες, λεγόντων, Φίλτατοι, ἆρα ἔτι ὑμᾶς οἱ φῦντες ὀψόμεθα; τῶν δὲ, ὦ πατέρες, ἆρα ὑμᾶς ἀπολήψόμεθα; δάκρυα δὴ καὶ οἰμωγὴ· καὶ ἕκαστος ὀνομαστὶ τὸν οἰκεῖον ἐκάλει, μέγα εἰς ὑπόμνησιν ἀλλήλοις ἐγκαταλιπόντες τὸ ὄνομα. Ὁ δὲ Μεγαμήδης φιάλην λαβὼν, καὶ ἐπισπένδων ηὔχετο ὡς ἐξακουστὸν εἶναι τοῖς ἐν τῇ νηὶ, ὦ παῖδες, λέγων, μάλιστα μὲν εὐτύχοιτε, καὶ φύγοιτε τὰ σκληρὰ τῶν μαντευμάτων, καὶ ὑμᾶς ἀνασωθέντας ὑποδέξαιντο Ἔφέσιοι, καὶ τὴν φιλτάτην ἀπολάβοιτε πατρίδα. Εἰ δὲ ἄλλο συμβαίη, τοῦτο μὲν ἴστε, οὐδὲ

riterque Megamedes & Evippe, ut ut meliori eſſent animo, eorum, quae praedicta fuerant, finem reſpicientes. Iam nautarum ſtrepitus, ſolvuntur funes, gubernator locum ſuum occupat, navis movetur, clamorque tum eorum, qui in litore, tum qui in navi erant, permixtus inſequitur; illis quidem dicentibus, Cariſſimi filii, an nobis, qui vos genuimus, vos iterum videre licebit? his vero, An vos, o parentes, recuperabimus? Hinc lacrimae, ploratus, ſuum quiſque nomine appellare, velut in magnum recordationis adiumentum nomen relinquentes. Megamedes, accepto poculo, libat, precaturque ita ut e navi audiri poſſet: Maxime valete, filii, & aſpera vaticinia effugite; vos ſalvos & reduces excipiant Epheſii, & cariſſima patria iterum potiamini. Sin aliter eveniat, ſcitote, nos non

ἡμᾶς ἔτι ζητομένους. Προίεμεν δὲ ὑμᾶς ὁδὸν μὲν δυστυχῆ, ἀλλ' ἀναγκαίαν. Ἔτι λέγοντα ἐξιόντα ἐπέσχε τὰ δάκρυα. Καὶ οὗτοι ἀπῆσαν εἰς τὴν πόλιν, τοῦ πλήθους αὐτοὺς θαρρεῖν παρακαλοῦντος.

Ὁ δὲ Ἀβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία ἀλλήλοις περιπεσοῦντες ἔκειντο πολλὰ ἀνανοοῦντες, τοὺς πατέρας οἰκτείροντες, τῆς πατρίδος ἐπιθυμοῦντες, τὸν χρησμὸν δεδοικότες, τὴν ἀποδημίαν ὑποπτεύοντες. Παρεμυθεῖτο δ' αὐτοὺς εἰς ἅπαντα ὁ μετ' ἀλλήλων πλοῦς. Καὶ ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν εὐρίῳ χρησάμενοι πνεύματι διανύσαντες τὸν πλοῦν εἰς Σάμον κατήντησαν, τὴν τῆς Ἥρας ἱερὰν νῆσον. Καὶ ταῦθα θύσαντες καὶ δειπνοποιησάμενοι, πολλὰ εὐξάμενοι τῆς νυκτὸς ἐπιγινομένης ἐπανήγοντο. Καὶ ἦν ὁ πλοῦς αὐτοῖς εὔριος. Λόγοι δὲ ἐν αὐτοῖς πολλοὶ πρὸς ἀλλήλους· Ἆρα ἡμῖν [1] ὑπάρξει συγκαταβιῶναι μετ' ἀλλήλων; Καὶ δή ποτε ὁ

longius esse victuros. Praemittimus vos in iter calamitosum quidem, sed necessarium. Adhuc loquentem obortae lacrimae cohibuerunt, omnesque in urbem rediere, hortante populo, ut bono essent animo.

Abrocomas & Anthia invicem amplexi iacebant, multa versantes animo. Parentum miserebantur, patriam desiderabant, timebant oraculi responsum, peregrinationem suspectam habebant; sed id unum iis solatium erat, quod una navi veherentur. Illa die prospero vento utuntur, confectaque navigatione Samum deveniunt, sacram Iunoni insulam. Ibi immolant, coenant, precantur, &, ubi nox advenit, iter prosequuntur. Secunda navigatio, multusque invicem sermo: An licebit una semper vivere? Abrocomas tandem suspirans, quae

1 Ὑπάρξει) Ita corr. Hemst. Prave edebatur, ὑπάρξαι.

Ἀβροκόμης μέγα [1] ἀναστενάξας ἐν ὑπομνήσει τῶν ἑαυτῦ γενόμενος, Ἀνθία, ἔφησε, τῆς ψυχῆς μοι ποθεινοτέρα, μάλιστα μὲν εὐτυχεῖν εἴη, καὶ σώζεσθαι μετ' ἀλλήλων. Ἂν δ' ὥρα τι εἴη πεπρωμένον παθεῖν, καί πως ἀλλήλων ἀπαλλαγῶμεν, ὀμώσομεν ἑαυτοῖς, φιλτάτη, ὡς σὺ μὲν ἐμοὶ μενεῖς ἀγνὴ, καὶ ἄλλον ἄνδρα οὐχ ὑπομενεῖς, ἐγὼ δὲ ὅτι οὐκ ἂν ἄλλῃ γυναικὶ συνοικήσαιμι. Ἀκούουσα δὲ Ἀνθία μέγα ἀνωλόλυξε, καὶ τί ταῦτα, ἔφησεν, Ἀβροκόμη, πεπίστευκας, ὅτι ἐὰν ἀπαλλαγῶ σοῦ, περὶ ἀνδρὸς ἔτι κατ' ἐμοῦ σκέψῃ; ἥτις οὐδὲ ζήσομαι τὴν ἀρχὴν ἄνευ σοῦ· ὡς ὀμνύω τε τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν τὴν μεγάλην Ἐφεσίων Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην, ἣν διανύσομεν, θάλατταν, καὶ τὸν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεὸν, ὡς ἐγὼ καὶ βραχύ τι, ἀποσπασθεῖσα σου, οὔτε

ipsum manerent recordatus, O longe, ait, anima mihi carior Anthia, utinam & bene agere, & simul servari datum sit! Verum si quid fato decretum est nos pati, quonam modo separabimur? Iuremus sancte, tu quidem, mihi, mea vita, te semper castam servaturam, nec alium habituram virum; ego vero, nunquam mihi fore cum alia consuetudinem. Ut haec audivit Anthia, eiulavit, &, Cur haec, inquit, in animum induxisti tuum, Abrocoma, ut si disiungar a te, ipsam alii me traditurum viro suspiceris, quae ne tantulum quidem vivere sine te possim. Testor patriam Deam, magnam Ephesiorum Dianam, atque hoc, quod pertransimus, mare, & in utrumque nostrum strenue vires suas exercentem Deum, me vel exiguo tempore, abreptam a

1 Ἀναστενάξας) Reduxit hanc Cod. Flor. a Weigelio, doctissimo medico, inspecti, lectionem Locella. Edd. tenent ἀνιστόμενος.

ζήσομαι, οὔτε τὸν ἥλιον ὄψομαι. Ταῦτα ἔλεγεν ἡ Ἀνθία· ἐπώμνυε δὲ καὶ ὁ Ἀβροκόμης. Καὶ ὁ καιρὸς αὐτῶν ἐπείει τοὺς ὅρκους σοβερωτέρους. Ἐν τούτῳ δὲ ἡ ναῦς Κῶ μὲν παραμείβει καὶ Κνίδον. Κατεφαίνετο δὲ ἡ Ῥοδίων νῆσος μεγαλη καὶ καλή· καὶ αὐτοὺς ἐνταῦθα ἔδει καταχθῆναι πάντως· δεῖν γὰρ ἔφασκον οἱ ναῦται καὶ ὑδρεύσασθαι, καὶ αὐτοὺς ἀναπαύσασθαι, μέλλοντας εἰς μακρὸν ἐμπεσεῖν πλοῦν.

mulo, cultum abſtulere, corpuſque abdiderunt. Quos ſollicita multaque cura nunc Perilaus perquirit. Haec intelligens Abrocomas, tunicam diſcidit, vehementerque ploravit. Pulchre quidem & caſte mortuam Anthiam, poſt mortem infeliciter perditam! Quis latro ita amore abundat, ut mortuam te concupiſcat, ut vel exſtinctum corpus abripiat? Ego privor te miſer, uno, quod mihi ſupererat, ſolatio. Mori iam decretum omnino eſt; ſed uſque durabo, donec alicubi corpus tuum inventum amplexatus & me una ſepeliam. Haec cum lacrimis dicentem, bono eſſe animo hortabatur Hippothous. Et tunc quidem nocte tota requieverunt. Sed Abrocomam omnium rerum cogitatio ſubit, Anthiae, mortis, tumuli, corporis amiſſi; nec amplius ſe cohibere valens, clam (omnes enim iacebant vino pleni,

ὡς δή τινος χρήζων. Καὶ καταλιπὼν πάντας ἐπὶ τὴν θάλατταν ἔρχεται, καὶ ἐπιτυγχάνει νεὼς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀναγομένης· καὶ ἐπιβὰς ἀνάγεται, ἐλπίζων καὶ τοὺς λῃστὰς τοὺς συλήσαντας πάντα ἐν Αἰγύπτῳ καταλήψεσθαι. Ὠδήγει δὲ αὐτὸν εἰς ταῦτα ἐλπὶς δυστυχής.

Καὶ ὁ μὲν ἔπλει τὴν ἐπ' Ἀλεξάνδρειαν. Ἡμέρας δὲ γενομένης οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον ἠνιῶντο μὲν ἐπὶ τῷ ἀπαλλαχθῆναι τοῦ Ἀβροκόμου· ἀναλαβόντες δὲ αὐτοὺς ἡμερῶν ὀλίγων ἔγνωσαν τὴν ἐπὶ Συρίας καὶ Φοινίκης λῃστεύοντες ἰέναι. Οἱ δὲ λῃσταὶ τὴν Ἀνθίαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρέδωκαν ἐμπόροις, πολὺ λαβόντες ἀργύριον. Οἱ δὲ ἔτρεφον αὐτὴν πολυτελῶς, καὶ τὸ σῶμα ἐθεράπευον, ζητοῦντες ἀεὶ τὸν ὠνησόμενον κατ' ἀξίαν. Ἔρχεται δή τις εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς τῶν ἐκεῖ βασιλέων κατὰ θέαν τῆς πόλεως, καὶ κατὰ χρείαν ἐμπορίας, Ψάμμις τὸ ὄνομα. Οὗτος ὁ

Hippothous ſociique) egreditur, quaſi quid ſibi opus eſſet, atque omnes relinquens ad mare proficiſcitur, inciditque in navem, Alexandriam iter facturam. Qua conſcenſa deducitur, ſperans, latrones, qui omnia diripuerant, in Aegypto deprehenſum iri.

Infelicis ſpei ductu Alexandriam ille navigavit. Mane Hippothous ſociique indignantur, quod Abrocomam amiſiſſent, &, pauçis diebus ad ſe reficiendos datis, decrevere in Syriam & Phoeniciam ad praedandum proficiſci. Latrones vero Alexandriae Anthiam mercatoribus tradidere, magno accepto pretio. Qui nutrivere eam laute, corpuſque curaverunt, ſemper quaerentes, qui iuſto pretio emeret. Venerat forte Alexandriam ab India, urbem viſendi & mercandi cauſa, quidam e regibus illius regionis, Pſammis nomine. Hic ut vidit An-

Ψάμμις ὁρᾷ τὴν Ἀνθίαν παρὰ τοῖς ἐμπόροις, καὶ ἰδὼν ἀλίσκεται, καὶ ἀργύριον δίδωσι τοῖς ἐμπόροις πολὺ, καὶ λαμβάνει θεραπαιναν αὐτήν. Ὠνησάμενος δὲ ἄνθρωπος βαρβαρος καὶ εὐθὺς ἐπιχειρεῖ βιάζεσθαι, καὶ χρῆσθαι πρὸς συνουσίαν· οὐ θέλουσα δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἀιτέλεγε, τελευταῖον δὲ σκήπτεται πρὸς τὸν Ψάμμιν, (δεισιδαίμονες δὲ φύσει βάρβαροι) ὅτι αὐτὴν ὁ πατὴρ γεινωμένην ἀναβεὶη Ἴσιδι μέχρις ὥρας γάμων, καὶ ἔλεγεν ἔτι τὸν χρόνον ἐνιαυτῷ τίθεσθαι. Ἢν οὖν, φησὶν, ἐξυβρίσῃς εἰς τὴν ἱερὰν τῆς θεοῦ, μηνίσει μὲν ἐκείνη· χαλεπὴ δὲ ἡ τιμωρία. Πείθεται Ψάμμις, καὶ τὴν θεὸν προσεκύνει, καὶ Ἀνθίας ἀπέχεται.

Ἡ δὲ ἔτι παρὰ Ψάμμιδι ἦν φρουρουμένη, ἱερὰ τῆς Ἴσιδος νομιζομένη. Ἡ δὲ ναῦς ἡ τὸν Ἀβροκόμην ἔχουσα τοῦ μὲν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν πλοῦ διαμαρτάνει, ἐμπίπτει δὲ ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, [1] τήν τε

thiam in mercatorum poteſtate, amore capitur, datoque eis multo aere ſibi ſumſit ancillam. Cui vix emtae barbarus homo vitium afferre parat. Obſtare illa, abnuendo primum, tum ſimulare, (nam barbari natura vel ad inanem Deorum metum proni) quod, cum nata fuiſſet, a patre Iſidi dicata fuerit uſque ad nuptiarum tempus, & id uno adhuc anno abeſſe. Si igitur vim in virginem Iſidi ſacram intuleris, iraſcetur illa, poenamque gravem in te ſtatuet. Credit Pſammis, Deamque reveritus Anthia abſtinet.

Dum illa apud Pſammidem ita cuſtodiebatur, velut Iſidi ſacra, navis, in qua Abrocomas erat, ab Alexandriae itinere aberrat, inciditque in Nili oſtia, & in

1 Τήν τε Παραίτιον) Locus hic ita depravatus eſt, ut non niſi melioris Cod. ope perſanari queat. Plures verſus intercidiſſe vidit iam Hemſterh. qui inſuper corr. τήν τε Παραιτόνιον. Vide ipſum & Locellam ad h. l.

Παραίτιον καλουμένην, καὶ Φοινίκης ὅση παραθαλάσσιος. Ἐκπεσοῦσι δὲ αὐτοῖς ἐπιδραμόντες τῶν ἐκεῖ ποιμένων, τά τε Φορτία διαρπάζουσι, καὶ τοὺς ἄνδρας δεσμεύουσι, καὶ ἄγουσιν ὁδὸν ἔρημον πολλὴν εἰς Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτου πόλιν, καὶ ἐνταῦθα πιπράσκουσιν ἄλλον ἄλλῳ. Ὠνεῖται δὲ τὸν Ἀβροκόμην πρεσβύτης στρατιώτης (ἦν δὲ πεπαυμένος) Ἄραξος τοὔνομα. Οὗτος ὁ Ἄραξος εἶχε γυναῖκα ὀφθῆναι μιαρὰν, ἀκουσθῆναι πολὺ χείρω, ἅπασαν ἀκρασίαν ὑπερβεβλημένην, Κυνὼ τὸ ὄνομα. Αὕτη ἡ Κυνὼ ἐρᾷ τοῦ Ἀβροκόμου εὐθὺς ἀχθέντος εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ οὐκέτι [1] κατεῖχε, δεινὴ καὶ ἐρασθῆναι, καὶ ἀπολαύειν ἐθέλει τῆς ἐπιθυμίας. Ὁ μὲν δὴ Ἄραξος ἠγάπα τὸν Ἀβροκόμην, καὶ παῖδα ἐποιεῖτο. Ἡ δὲ Κυνὼ προσφέρει λόγον περὶ συνουσίας, καὶ δεῖται πείθεσθαι, καὶ ἄνδρα ἔχειν ὑπισχνεῖτο, καὶ Ἄραξον ἀποκτενεῖν. Δεινὸν ἐδόκει τοῦτο

id, quod vocant Paraetion, maritimamque Phoenices oram. Egreſſis e navi occurrunt ex illis locis paſtores, qui poſtquam ſarcinas diripuere, vinctos longo per deſerta itinere Peluſium Aegypti urbem ducunt, ibique alium alii vendunt. Abrocomam ſenex quidam miles emeritus emit, Araxo ei nomen, cui uxor erat adſpici impudens, & quae peſſime audiret, quaeque omnem intemperantiam excederet, nomine Cyno. Haec vix domum adductum Abrocomam deperit, longiuſque differre nequit, vehementi acta amore & fruendi libidine. Diligebat Araxus Abrocomam, ſibique filium adoptaverat. Cyno cum eo de concubitu verba habet, obſecrat, ut obtemperet, virum ſibi habituram promittit, Araxumque interfecturam. Dirum hoc videbatur

1 Κατεῖχε) Ita Cod. Flor. Edd. habent κατιφεῖν.

Ἀβροκόμῃ, καὶ πολλὰ ἅμα ἐσκόπει, τὴν Ἀνθίαν, τοὺς ὅρκους, τὴν πολλάκις αὐτὸν σωφροσύνην ἀδικήσασαν ἤδη. Τέλος δὲ, ἐγκειμένης τῆς Κυνοῦς, συγκατατίθεται· καὶ νυκτὸς γενομένης ἡ μὲν ὡς ἄνδρα ἔξουσα τὸν Ἀβροκόμην, τὸν Ἄραξον ἀποκτιννύει, καὶ λέγει τὸ πραχθὲν τῷ Ἀβροκόμῃ. Ὁ δὲ οὐκ ἐνεγκὼν τὴν τῆς γυναικὸς ἀσέλγειαν ἀπηλλάγη τῆς οἰκίας, καταλιπὼν αὐτὴν, οὐκ ἂν ποτε μίαι σώματι συγκατακλιθήσεσθαι φήσας. Ἡ δὲ ἐν αὐτῇ γενομένη, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ προσελθοῦσα, εἶδε τὸ πλῆθος τῶν Πηλουσιωτῶν ἦν, ἀναθύρετο τὸν ἄνδρα, καὶ ἔλεγεν, ὅτι αὐτὸν ὁ νεώνητος δοῦλος ἀποκτείνειε, καὶ πολλὰ ὅσα ἐπεθρήνει, καὶ ἐδόκει λέγειν τῷ πλήθει πιστά. Οἱ δὲ εὐθὺς συνέλαβον τὸν Ἀβροκόμην, καὶ δήσαντες ἀνέπεμπον τῷ τῆς Αἰγύπτου τότε ἄρχοντι. Καὶ ὁ μὲν δίκην δώσων εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤγετο, ὑπὲρ ὧν ἐδόκει τὸν δεσπότην Ἄραξον ἀποκτεῖναι.

Abrocomae: multa simul subeunt, Anthia, iusiurandum, totiesque iniuria sibi castitas. Tandem instanti Cyno assentitur. Primaque nocte illa, quasi virum habitura Abrocomam, Araxum occidit, factumque Abrocomae narrat; qui mulieris intemperiem non ferens, domo abiit, illam relinquens, & negans, se mulieri pollutae nefaria caede concubiturum. Illa, sui compos facta, ut illuxit, Pelusiotarum coetum adit, virumque lamentatur, dicitque a servo nuper emto interfectum, effuse plorans, ut visa sit populo vera narrare. Abrocomam statim comprehendunt, vinctumque mittunt ad eum, qui tunc Aegypto praeerat. Is igitur Alexandriam poenas daturus ducitur, quod Araxum herum interfecisse videretur.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ
ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον ἀπὸ Ταρσοῦ κινήσαντες ἦσαν [1] τὴν ἐπὶ Συρίαν, πᾶν, εἴ τι ἐμποδὼν λάβοιεν, ὑποχείριον ποιούμενοι· ἐνέπρησαν δὲ καὶ κώμας, καὶ ἄνδρας ἀπέσφαξαν πολλούς. Καὶ οὕτως ἀπελθόντες, εἰς Λαοδίκειαν τῆς Συρίας ἔρχονται, κἀνταῦθα ἐπε-

XENOPHONTIS
EPHESIACORUM
DE AMORIBUS
ANTHIAE ET ABROCOMAE
LIBER QUARTUS.

HIPPOTHOUS vero & ſocii Tarſo in Syriam profecti ſunt, omne, quod obvium fieret, in poteſtatem redigentes, & pagos incenderunt, & multos homines iugulavere. Atque ita progreſſi Laodiceam Syriae per-

1 Τὴν ἐπὶ Συρίαν) Docte ita verba tranſpoſuit Hemſterh. addicente Noſtri uſu loquendi. Vulgo: ἐπὶ τὴν Συρίαν.

ἐκέμευν οὐκέτι ὡς λῃσταὶ, ἀλλ' ὡς κατὰ θέαν τῆς πόλεως ἥκοντες. Ἐνταῦθα ὁ Ἱππόθους ἐπολυπραγμόνει, [1] εἴ ποθεν Ἀβροκόμην εὑρεῖν δυνήσεται. Ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυε, ἀναλαβόντες αὐτοὺς, τὴν ἐπὶ Φοινίκης ἐτράποντο, κἀκεῖθεν ἐπ' Αἴγυπτον· ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς καταδραμεῖν Αἴγυπτον. Καὶ συλλεξάμενοι μέγα λῃστήριον ἔρχονται τὴν ἐπὶ Πηλούσιον, καὶ ποταμῷ τῷ Νείλῳ πλεύσαντες εἰς Ἑρμούπολιν τῆς Αἰγύπτου καὶ Σχεδίαν, ἐμβαλόντες εἰς διώρυγα τοῦ ποταμοῦ τὴν ὑπὸ Μενελαΐου γενομένην, Ἀλεξάνδρειαν μὲν παρῆλθον, ἦλθον δὲ ἐπὶ Μέμφιν τὴν ἱερὰν τῆς Ἴσιδος, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μένδην. Παρέλαβον δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων κοινωνοὺς τοῦ λῃστηρίου, καὶ ἐξηγητὰς τῆς ὁδοῦ. Διελθόντες μὲν δὴ [2] Ταῦα ἐπὶ Λεοντῶ ἔρχονται πόλιν, καὶ ἄλλας παρελθόντες κώμας οὐκ ὀλίγας, ὧν τὰς πολ-

veniunt, ibique non ut latrones, ſed quaſi urbis viſendae gratia morati ſunt. Hippothous plurimam adhibuit curam, ſicubi Abrocomam invenire poſſet; cumque fruſtra operam contereret, cum ſuis in Phoeniciam iter convertit, atque inde in Aegyptum, ubi incurſionem facere cogitabant. Collecta igitur valida latronum manu, iter Peluſium dirigunt, Niloque flumine navigantes Hermupolim Aegypti & Schediam, ingreſſi foſſam, quae Menelab facta dicitur, Alexandriam quidem praeterierunt, Memphim vero pervenere, Iſidi ſacram, atque inde Mendem, ubi ex incolis ſocios latrociniorum viaeque duces ſumſere. Per Taua tranſeuntes Leontopolim veniunt, alioſque pagos praetereuntes

1 Εἴ ποθεν) Poſt Loc. recepimus εἰ, quod inſeri iuſſerat Hemſterh. Eidem debentur ἀναλαβόντες α. τὴν ἐπὶ Φοινίκης, pro eo, quod vulgatur, λαβόντες α. τὴν Φοινίκης.

2 Διελθόντες μὲν δὴ Ταῦα) Palmariam hanc Hemſterh. emendationem cum Loc. recipere non dubitavi, Ταῦα, urbem Aegypti, pro ταῦτα. Δὴ pro δὲ debetur ἀκριβείᾳ Loc.

λὰς ἀφανεῖς, εἰς Κοπτὸν ἔρχονται τῆς Αἰθιοπίας πλησίον. Ἐνταῦθα ἔγνωσαν λῃστεύειν. Πολὺ γὰρ πλῆθος ἐμπόρων τὸ διοδεῦον ἦν, τῶν τε ἐπ' Αἰθιοπίαν, καὶ τῶν ἐπὶ Ἰνδικὴν φοιτώντων. Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ λῃστήριον ἀνδρῶν πεντακοσίων. Καταλαβόντες δὲ τῆς Αἰθιοπίας τὰ ἄκρα, καὶ [1] ἄντρα καταστησάμενοι, διέγνωσαν τοὺς παριόντας λῃστεύειν.

Ὁ δὲ Ἀβροκόμης ὡς ἦκε παρὰ τὸν ἄρχοντα τῆς Αἰγύπτου, (ἐπεστάλκεσάν τε οἱ Πηλουσιῶται τὰ γενόμενα αὐτῷ, καὶ τὸν τοῦ Ἀράξου φόνον, καὶ ὅτι οἰκέτης ὢν τοιαῦτα ἐτόλμησε.) Μαθὼν οὖν ἕκαστα, οὐκέτι ἀνεβόμενος τὰ γενόμενα, κελεύει τὸν Ἀβροκόμην ἀγαγόντας προσαρτῆσαι σταυρῷ. Ὁ δὲ ἀπὸ μὲν τῶν κακῶν ἀχανὴς ἦν, παρεμυθεῖτο δὲ αὐτὸν τῆς τελευτῆς, ὅτι ἐδόκει καὶ Ἀνθίαν τεθνηκέναι. Ἄγουσι δὲ αὐτὸν, οἷς τοῦτο προσετέτακτο, παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Νεί-

non paucos, quorum plerique obſcuri, Coptum perveniunt, vicinam Aethiopiae urbem. Ibi latrocinium exercere ſtatuunt: itinera enim illic erant mercatorum plena, Aethiopiam atque Indiam euntium. Latrones erant quingenti, qui, Aethiopiae montibus occupatis, & ſpeluncis diſpoſitis, decreverant praetereuntes praedari.

Abrocomas ad Aegypti praefectum venit, quem Peluſiotae de omnibus certiorem literis fecerant, Araxi necem, ac famulum tantum ſcelus auſum eſſe narrantes. Quae ille comperiens, nec ultra ſciſcitatus, abductum Abrocomam in crucem tollere iubet. Cui tot obruto malis obmuteſcenti, ſolatio fuit, quod & Anthiam fato functam eſſe putaret. Quibus id mandatum fue-

1 Ἄντρα καταστησάμενοι) Ita correxit Hemſterhuſius. In edd. legebatur ἀνταναστησάμενοι, ſine ſenſu.

λου, (ἦν δὲ κρημνὸς ἀπότομος εἰς ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ βλέπων) καὶ ἀναστήσαντες τὸν σταυρὸν προσαρτῶσι, σπάρτοις τὰς χεῖρας σφίγξαντες καὶ τοὺς πόδας· τοῦτο γὰρ τῆς ἀνασταυρώσεως ἔθος τοῖς ἐκεῖ. Καταλιπόντες δὲ ὤχοντο, ὡς ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ προσηρτημένου μένοντος. Ὁ δὲ ἀποβλέψας εἰς τὸν ἥλιον καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ Νείλου, Ὦ θεῶν, φησὶ, φιλανθρωπότατε, ὃς Αἴγυπτον ἔχεις, δι' ὃν καὶ γῆ καὶ θάλασσα πᾶσιν ἀνθρώποις πέφηνεν, εἰ μέν τι Ἀβροκόμης ἀδικεῖ, καὶ ἀπολοίμην οἰκτρῶς, καὶ μείζονα τιμωρίαν, εἰ τίς ἐστι, ταύτης ὑποσχοίμι· εἰ δὲ ὑπὸ γυναικὸς προδέδομαι πονηρᾶς, μήτε τὸ Νείλου ῥεῦμα μιανθείη ποτ' ἀδίκως ἀπολομένου σώματος, μήτε σὺ τοιοῦτον ἴδοις θέαμα, ἄνθρωπον οὐδὲν ἀδικήσαντα ἀπολλύμενον ἐπὶ τῆς σῆς ἐνταῦθα. Ηὔξατο, καὶ αὐτὸν ὁ θεὸς οἰκτείρει, καὶ πνεῦμα ἐξαίφνης ἀνέμου γίνεται, καὶ ἐμπίπτει τῷ σταυρῷ, καὶ ἀποβάλλει μὲν τοῦ κρημνοῦ τὸ γεω-

rat, illum ad Nili ripas ducunt, & ubi praerupta rupes erat in fluminis decurſum propendens, erectae cruci reſtibus annectunt, manus pedeſque conſtringentes, ut illis ſuſpendendi mos eſt, & abierunt, velut in firmo loco relicto, quem ſuſpenderant. Ille ſolem adſpiciens, & Nili fluenta, O Deorum, inquit, hominum generi amiciſſime, qui Aegyptum tenes, & per quem terra & mare hominibus apparuit, ſi quid Abrocomas iniuſti fecit, miſere peream, ſuppliciumque hoc maius, ſi quod eſt, patiar: ſed ſi me mulier ſceleſta prodidit, ne Nili flumen polluatur, corpore per iniuriam necato; neque tu hoc videas ſpectaculum, ut quiſquam nullo admiſſo ſcelere in hac tua terra pereat. Haec precantem miſertus eſt Deus, ac ſubito venti vis exoritur; quo irruente, & crux & terreum rupis ſolum,

δες, εἰς ὃ ἦν ὁ σταυρὸς ἠρεισμένος. Ἐμπίπτει δὲ ὁ Ἀβροκόμης τῷ ῥεύματι, καὶ ἐφέρετο οὔτε τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀδικοῦντος, οὔτε τῶν δεσμῶν ἐμποδιζόντων, οὔτε τῶν θηρίων παραβλαπτόντων, ἀλλὰ παραπέμποντος τοῦ ῥεύματος· φερόμενος δὲ [1] εἰς τὰς ἐκβολὰς δέχεται τὰς εἰς τὴν θάλασσαν τοῦ Νείλου. Κἀνταῦθα οἱ παραφυλάσσοντες λαμβάνουσιν αὐτὸν, καὶ ὡς δραπέτην τῆς τιμωρίας ἄγουσι παρὰ τὸν διοικοῦντα τὴν Αἴγυπτον. Ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ὀργισθεὶς, καὶ πονηρὸν εἶναι νομίσας τελέως, κελεύει πυρὰν ποιήσαντας ἐπιβέντας καταφλέξαι τὸν Ἀβροκόμην. Καὶ ἦν μὲν ἅπαντα παρεσκευασμένα, καὶ ἡ πυρὰ παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, καὶ ἐπετίθετο μὲν ὁ Ἀβροκόμης, καὶ τὸ πῦρ ὑπετέθειτο. Ἄρτι δὲ τῆς φλογὸς μελλούσης ἅπτεσθαι τοῦ σώματος, ηὔχετο πάλιν ὀλίγα, ὅσα ἐδύνατο, σῶσαι αὐτὸν ἐκ τῶν καθεστώτων κακῶν. Κἀνταῦθα κυματοῦται μὲν ὁ Νείλος, ἐπιπίπτει δὲ τῇ πυρᾷ

in quo illa defixa fuerat, deiiciuntur. Abrocomas in profluentem cadens defertur, nec laedente illum aqua, neque vinculis impedientibus, neque beſtiis noxam inferentibus, ac deducentibus uſdis per Nili oſtia defertur. Ibi eum cuſtodes prehendunt, & ut poenae profugum ad eum, qui Aegyptum regebat, ducunt; qui magis ſuccenſens, omninoque ſceleſtum iudicans, fieri pyram iubet, imponique & cremari Abrocomam. Et omnia in promtu erant, pyra prope Nili oſtia, Abrocomas impoſitus, igniſque admotus. Iamque corpus flammae fere attigerant, cum paucis, ut potuit, precatur, ut ab inſtantibus malis ſervaretur. In his intumuit Nilus, & adfluens aqua pyrae flammas exſtinguit.

1 Εἰς τὰς ἐκβολὰς) Certa haec eſt Locellae emendatio. Vitioſe editi, εἰς τὰς ἐμβελάς.

τὸ ῥεῦμα, καὶ κατασβέννυσι τὴν Φλόγα. Θαῦμα δὲ τὸ γενόμενον τοῖς παροῦσιν ἦν. Καὶ λαβόντες ἄγουσι τὸν Ἀβροκόμην πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς Αἰγύπτου, καὶ λέγουσι τὰ συμβάντα, καὶ τὴν τοῦ Νείλου βοήθειαν διηγοῦνται. Ἐθαύμασεν ἀκούσας τὰ γενόμενα, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν τηρεῖσθαι μὲν ἐν τῇ εἱρκτῇ, ἐπιμέλειαν δὲ ἔχειν πᾶσαν, ἕως, ἔφη, μάθωμεν, ὅστις ὁ ἄνθρωπός ἐστιν, καὶ ὅτι οὕτως αὐτοῦ μέλει θεοῖς.

Καὶ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ εἱρκτῇ. Ὁ δὲ Ψάμμις, ὁ τὴν Ἀνθίαν ὠνησάμενος, διέγνω μὲν ἀπιέναι τὴν ἐπ' οἴκου, καὶ πάντα πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν παρεσκευάζετο. Ἔδει δὲ αὐτὸν ὁδεύσαντα τὴν ἄνω Αἴγυπτον ἐπὶ Αἰθιοπίαν ἐλθεῖν, ἔνθα ἦν τὸ Ἱπποβόου λῃστήριον. Ἦν δὲ πάντα εὐτρεπῆ, κάμηλοί τε πολλαὶ, καὶ ὄνοι, καὶ ἵπποι σκευαγωγοί. Ἦν δὲ πολὺ μὲν πλῆθος χρυσοῦ, πολὺ δὲ ἀργύρου, πολλὴ δὲ ἐσθής. Ἦγε δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν. Ἡ δὲ ὡς Ἀλεξάνδρειαν παρελθοῦσα ἐγένετο ἐν

Miraculum id adſtantibus viſum, adeo ut Abrocomam ad Aegypti praefectum ducerent, & quae accidiſſent, Nilique auxilium narrarent. Audiens haec omnia miratur, & cuſtodiri illum in carcere iubet, omnemque adhiberi curam, donec, inquit, qui vir ſit, ſciamus, & cur Diis adeo curae ſit.

Dum ille in carcere erat, Pſammis, qui Anthiam emerat, redire domum ſtatuit, omniaque ad iter parabantur. Superiorem Aegyptum peragranti, adeunda quoque Aethiopia erat, ubi Hippothoi agmen praedonum conſtiterat. Omnibus bene inſtructis, multiſque camelis, & aſinis, & equis, ſarcinas portantibus, cum auri & argenti magna vi, plurimaque veſte, cum Anthia iter ingreditur. Quae ut Alexandriam praetergreſ-

Μέμφει, ηὔχετο τῇ Ἴσιδι στᾶσα πρὸ τοῦ ἱεροῦ, Ὦ μεγίστη θεῶν, μέχρι μὲν νῦν ἁγνὴ μένω λογιζομένη σὴ, καὶ γάμον ἄχραντον Ἀβροκόμῃ τηρῶ. Τοὐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Ἰνδοὺς ἔρχομαι, μακρὰν μὲν τῆς Ἐφεσίων γῆς, μακρὰν δὲ τῶν Ἀβροκόμου λειψάνων. Ἢ σῶσον οὖν ἐντεῦθεν τὴν δυστυχῆ, καὶ ζῶντι ἀπόδος Ἀβροκόμῃ, ἢ εἰ πάντως εἵμαρται χωρὶς ἀλλήλων ἀποθανεῖν, ἔργασαι ταῦτα, μεῖναί με σωφρονοῦσαν τῷ νεκρῷ. Ταῦτα ηὔχετο, καὶ προῆεσαν τῆς ὁδοῦ, καὶ ἤδη μὲν διεληλύθεισαν Κοπτὸν, ἐνεβαίνοντο δὲ τοῖς Αἰθιόπων ὄροις. Καὶ αὐτοῖς Ἱππόθοος ἐπιπίπτει, καὶ αὐτὸν μὲν τὸν Ψάμμιν ἀποκτιννύει, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ τὰ χρήματα λαμβάνει, καὶ τὴν Ἀνθίαν αἰχμάλωτον. Συλλεξάμενος δὲ τὰ ληφθέντα χρήματα, ἦγεν εἰς ἄντρον τὸ ἀποδεδειγμένον αὐτοῖς εἰς ἀπόθεσιν τῶν χρημάτων. Ἐνταῦθα ἦει καὶ ἡ Ἀνθία. Οὐκ ἐγνώριζε δὲ Ἱπ-

sa Memphim pervenit, ante Iſidis templum ſubſiſtens precatur: O Deorum maxima, hucuſque quidem caſtae eſſe licuit, dum tua eſſe credebar, incorruptamque conubii fidem Abrocomae ſervare. Hinc ad Indos abeo, longum ab Epheſiis, longum ab Abrocomae reliquiis iter. Vel me miſeram hinc aufer, vivoque redde Abrocomae, vel, ſi ſeorſim nos mori fata velint, hoc ſaltem eſſice, ut & mortuo promiſſam pudicitiam ſervem. Cum haec precata eſſet, progreſſi viam iam Coptum pervenerant, & Aethiopum montes conſcenderant, cum obviam fit illis Hippothous, qui Pſammi ipſo, multiſque, qui cum eo erant, occiſis, direptaque pecunia, & Anthiam captivam ducit, collectaque omnia, quae relicta fuerant, in antrum defert, quod ad condendam praedam ſe commodum oſtenderat. Anthia illuc ingreſſa nec Hippothoum agnoſcit, nec ipſam Hip-

πόθοον, οὐδὲ Ἱππόθοος τὴν Ἀνθίαν. Ὁπότε δὲ αὐτῆς πύθοιτο, ἥτις τε εἴη, καὶ πόθεν, τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔλεγεν, ἔφασκε δε, Αἰγυπτίαν εἶναι ἐπιχώριον, καὶ τὸ ὄνομα Μεμφῖτις.

Καὶ ἡ μὲν ἦν παρὰ τῷ Ἱπποθόῳ ἐν τῷ ἄντρῳ τῷ ληστρικῷ. Ἐν τούτῳ δὲ μεταπέμπεται τὸν Ἀβροκόμην ὁ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου, καὶ πυνθάνεται τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ μανθάνει τὸ διήγημα, καὶ οἰκτείρει τὴν τύχην, καὶ δίδωσι χρήματα, καὶ εἰς Ἔφεσον ἄξειν ὑπισχνεῖτο. Ὁ δὲ ἅπασαν μὲν ἤδει χάριν αὐτῷ τῆς σωτηρίας, ἐδεῖτο δὲ ἐπιτρέψαι ζητῆσαι τὴν Ἀνθίαν. Καὶ ὁ μὲν πολλὰ δῶρα λαβὼν, ἐπιβὰς σκάφους, ἀνήγετο τὴν ἐπὶ Ἰταλίας, ἐκεῖ πευσόμενός τι μαθεῖν περὶ Ἀνθίας. Ὁ δὲ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου, μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Ἄραξον, μεταπεμψάμενος ἀνεσταύρωσε τὴν Κυνώ.

Τῆς δὲ Ἀνθίας οὔσης ἐν τῷ ἄντρῳ ἱερᾷ τῶν Φρου-

pothous; & cum forte rogaſſet, quaenam eſſet, & unde, Anthia veritatem diſſimulans Aegyptiam ſe eſſe dixit, Memphitim nomine.

Dum illa apud Hippothoum eſt in latronum antro, Abrocomam praefectus Aegypti arceſſi iubet, & quae ad ipſum pertinebant ſciſcitatus, rem ut erat intelligens, miſeratuſque infortunium, pecunia data, ſe eum Epheſum deducendum curaturum promittit. Ille maximam quidem ei gratiam habuit, quod ſervaſſet, ſed precatur, ut ſibi Anthiam inquirere permitteret. Multis igitur acceptis muneribus, conſcenſo navigio in Italiam ſolvit, exploraturus, ſi quid illic de Anthia audire poſſet. Praefectus Aegypti de his, quae Araxo acciderant, certior factus, arceſſitam Cyno cruci affixit.

Dum in antro degebat Anthia, eius amore flagrat

ρούντων αὐτὴν λῃστῶν εἷς, Ἀγχίαλος τοὔνομα. Οὗτος ὁ Ἀγχίαλος ἦν μὲν τῶν ἀπὸ Συρίας Ἱπποθόῳ συνελήλυθότων, Λαοδικεὺς τὸ γένος. Ἐτιμᾶτο δὲ παρὰ τῷ Ἱπποθόῳ, νεανικός τε, καὶ μεγάλα ἐν τῷ λῃστηρίῳ δυνάμενος. Ἐρασθεὶς δὲ αὐτῆς τὰ μὲν πρῶτα λόγους προσέφερεν ὡς πείσων, καὶ ἔφασκε λόγῳ λήψεσθαι, καὶ παρὰ τῷ Ἱπποθόῳ δῶρον αἰτήσειν. Ἡ δὲ πάντα ἠρνεῖτο, καὶ οὐδὲν αὐτὴν ἐδυσώπει, οὐκ ἄντρον, οὐ δεσμὰ, οὐ λῃστὴς ἀπειλῶν. Ἐφύλασσε δὲ ἑαυτὴν ἔτι Ἀβροκόμῃ, καὶ δοκοῦντι τεθνηκέναι, καὶ πολλάκις ἀνεβόα, εἴποτε λαθεῖν ἠδύνατο, Ἀβροκόμου μόνου γυνὴ μεῖναι, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ, κἂν, ὧν πέπονθα, χείρω παθεῖν. Ταῦτα εἰς μείζω συμφορὰν ἦγε τὸν Ἀγχίαλον, καὶ ἡ καθ' ἡμέραν τῆς Ἀνθίας ὄψις ἐξέκαεν αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα. Οὐκέτι δὲ φέρειν δυνάμενος, ἐπεχείρει βιάζεσθαι τὴν Ἀνθίαν. Καὶ νύκτωρ ποτε, οὐ παρόντος Ἱπποθόου, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ὄντος ἐν τῷ λη-

quidam e latronibus, qui ipſam cuſtodiebant, Anchialus nomine. Is e Syria cum Hippothoo venerat, genere Laodicenſis, eratque apud eum in honore, adoleſcens & plurimum inter latrones potens. Primum igitur blande eam alloquitur exoraturus, ac ſecum reputans, verbis ſe illam pellecturum, & dono inde ab Hippothoo petiturum. Omnia detrectantem non antrum flexit, non vincula, nec latro minax, ſeque Abrocomae illibatam ſervabat, etſi mortuum putaret; ſaepiuſque, ſi quando clam poſſet, exclamabat, Unius Abrocomae uxor ſim, vel, ſi mori oporteat, peioraque, quam paſſa ſum, pati. Hinc augeſcere Anchialo aegritudo, quem quotidianus Anthiae adſpectus amore exurebat, adeo ut, non amplius ferre valens, vim inferre Anthiae aggrederetur; ac noctu, abſente Hippothoo, cum ceteris

στηρίῳ, ἐπανίστατο, καὶ ὑβρίζειν ἐπειρᾶτο. Ἡ δὲ ἐν ἀμηχάνῳ κακῷ γειομένη, σπασαμένη τὸ παρακείμενον ξίφος, παίει τὸν Ἀγχίαλον, καὶ πληχὴ γίνεται καιρία. Ὁ μὲν γὰρ περιλη[illegible]όμενος, καὶ φιλήσων, ὅλος ἐνενεύκει πρὸς αὐτήν· ἡ δὲ ὑπενεγκοῦσα τὸ ξίφος κατὰ τῶν στέρνων ἔπληξε. Καὶ Ἀγχίαλος μὲν δίκην ἱκανὴν ἐδεδώκει τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας· ἡ δὲ Ἀνθία εἰς φόβον μὲν τῶν δεδραμένων ἔρχεται, καὶ πολλὰ ἐβουλεύετο· ποτὲ μὲν ἑαυτὴν ἀποκτεῖναι, ἀλλ' ἔτι ὑπὲρ Ἀβροκόμου τι [1] ἤλπιζε· ποτὲ δὲ φυγεῖν ἐκ τοῦ ἄντρου, ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον ἦν· οὔτε γὰρ ἡ ὁδὸς αὐτῇ εὔπορος ἦν, οὔτε ὁ ἐξηγησόμενος τὴν πορείαν. Ἔγνω μένειν οὖν ἐν τῷ ἄντρῳ, καὶ φέρειν ὅ τι ἂν τῷ δαίμονι δοκῇ. Καὶ εἰ μὲν τὴν νύκτα ἔμεινεν οὔτε ὕπνου τυχοῦσα, καὶ πολλὰ ἐννοοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο,

ad praedandum profecto, puellam adoritur, vitiumque afferre parat. Illa oppreſſam malis ſe ſentiens, conſilia omnia ſuperantibus, gladium prope iacentem ſtringens, letali vulnere Anchialum percutit. Dum enim is complexaturus, & iunctaturus oſculum, totus ſuper eam ſe inclinaverat, illa gladium ſubiiciens pectori vulnus inflixit. Et Anchialus quidem de ſceleſta libidine poenas iuſtas dedit; Anthia vero ob factum commota animum metu multa iniit conſilia, nunc ſibi mortem conſciſcendi, ſed ſpei adhuc aliquid de Abrocoma ſupererat, nunc aufugiendi ex antro. Sed cum ad hoc nihil ei omnino ſuppeteret, neque enim expeditum iter aut viae dux erat, in antro manere ſtatuit; ac ferre, quidquid Deo ſuo videretur; noctemque illam fuit inſomnis, multa volutans animo. Ut illuxit, Hippothous cum

1 Ἤλπιζ· ποτὲ δὲ) Haec eſt Cod. Flor. lectio, quam & ingenio extuderat Hemſterh. In edd. legitur, ἐλπίζετο· τὸ δέ.

ἦκον οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον, καὶ ὁρῶσι τὸν Ἀγχίαλον ἀνηρημένον, καὶ τὴν Ἀνθίαν παρὰ τῷ σώματι. Καὶ εἰκάζουσι τὸ γενόμενον, καὶ ἀνακρίναντες αὐτὴν μανθάνουσι πάντα. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἐν ὀργῇ τὸ γενόμενον ἔχειν, καὶ τὸν τεθνηκότα ἐκδικῆσαι φίλον. Καὶ ἐβουλεύοντο κατὰ Ἀνθίας ποικίλα, ὁ μέν τις ἀποκτεῖναι κελεύων, καὶ συνθάψαι τῷ Ἀγχιάλου σώματι, ἄλλος δὲ ἀνασταυρῶσαι. Ὁ δὲ Ἱππόθοος ἠνιᾶτο μὲν ἐπὶ τῷ Ἀγχιάλῳ· ἐβουλεύετο δὲ κατὰ Ἀνθίας μείζονα κόλασιν. Καὶ δὴ κελεύει τάφρον ὀρύξαντας μεγάλην καὶ βαθεῖαν ἐμβάλλειν τὴν Ἀνθίαν, καὶ κύνας μετ' αὐτῆς δύο, ἵνα ἐν τούτῳ μεγάλην δίκην ὑποσχῇ τῶν τετολμημένων. Καὶ οἱ μὲν ἐποίουν τὸ προσταχθέν, ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ἐπὶ τὴν τάφρον. Καὶ οἱ κύνες δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι, καὶ τὰ ἄλλα μεγάλοι, καὶ ὀφθῆναι φοβεροί. Ὡς δὲ ἐνεβλήθησαν, ξύλα ἐπιτιθέντες μεγάλα ἐπέχωσαν τὴν τάφρον, (ἦν δὲ τοῦ Νείλου ὀλίγον ἀπέ-

sociis adveniens occisum Anchialum videt, & prope corpus Anthiam. Factum coniiciunt, eamque interrogantes omnia intelligunt. Visum iis, ob hoc ira percitis, amici mortem ulciscì. Varia in Anthiam consuluere: necandam alius dixit, & cum Anchiali corpore sepeliendam, alius in crucem agendam. Hippothous, ob Anchialum moestus, maius in Anthiam supplicium commentus est. Iubet profundam latamque fossam fieri, & iniici Anthiam, & duos cum ea canes, ut, tantum ausa facinus, ita poenam gravissimam pendat. Ii mandata fecerunt. Anthia in fossam demittitur. Canes erant Aegyptii immanes, & adspectu teterrimi. Iis in fossam coniectis, ingentia ligna imponunt, terraque aggesta fossam operiunt. Parum ea a Nilo aberat, custodemque unum

χουσα) καὶ κατέστησαν Φρουρὸν ἕνα τῶν λῃστῶν Ἀμφίνομον. Οὗτος ὁ Ἀμφίνομος ἤδη μὲν καὶ πρότερον ἐαλώκει τῆς Ἀνθίας, τότε δ' οὖν ἠλέει μᾶλλον αὐτὴν, καὶ τῆς συμφορᾶς ᾤκτειρεν. Ἐπενόει δὲ ὅπως ἐπὶ πλεῖον αὐτὴ ζήσεται, ὅπως τε οἱ κύνες αὐτῇ μηδὲν ἐνοχλήσωσι. Καὶ ἑκάστοτε ἀϑαιρῶν τῶν ἐπικειμένων τῇ τάφρῳ ξύλων ἄρτους ἐνέβαλε, καὶ ὕδωρ παρεῖχε, καὶ ἐκ τούτου τὴν Ἀνθίαν ϑαῤῥεῖν παρεκάλει. Καὶ οἱ κύνες τρεφόμενοι οὐδὲν ἔτι δεινὸν αὐτὴν εἰργάζοντο, ἀλλὰ ἤδη τιϑασσοὶ ἐγίνοντο καὶ ἥμεροι. Ἡ δὲ Ἀνθία ἀποβλέψασα εἰς ἑαυτὴν, καὶ τὴν παροῦσαν τύχην ἐννοήσασα, Οἴμοι, φησὶ, τῶν κακῶν, οἵαν ὑπομένω τιμωρίαν; τάφρος, καὶ δεσμωτήριον, καὶ κύνες καϑειργμένοι πολὺ τῶν λῃστῶν ἡμερώτεροι. Τὰ αὐτὰ, Ἀβροκόμη, σοι πάσχω, ἧς γάρ ποτε ἐν ὁμοίᾳ τύχῃ καὶ σὺ, καί σε ἐν Τύρῳ κατέλιπον ἐν δεσμωτηρίῳ. Ἀλλ' εἰ μὲν ζῇς ἔτι, δεινὸν οὐδέν· ἴσως γάρ ποτε ἀλλήλους ἕξομεν· εἰ δὲ ἤδη τε-

Amphinomum conſtituerant, qui iampridem Anthiae amore captus, tunc magis illam miſerabatur, dolebatque infortunium; cogitabat vero, qua ratione vitam eius ſuſtentaret a canibus illaeſam. Quotidie remotis lignis, foſſae ſuperpoſitis, panes iniecit, & aquam praebuit, & Anthiam inde bono eſſe animo hortatur. Canes paſti nullo eam affecerunt malo, quin & cicures manſuetique ſubito facti ſunt. Anthia, memor ſui, praeſentemque fortunam conſiderans, Eheu me miſeram, inquit, quale hoc eſt, quod ſubeo ſupplicii! foſſa, carcer, canes incluſi, quos tamen latronibus longe mitiores experior. Haec tui cauſa, Abrocoma, patior: nam & tu in pari quondam fortuna fuiſti, & te in vinculis Tyri reliqui. Sed ſi vivis adhuc, nil grave eſt; fortaſſe aliquando frui invicem dabitur. At ſi iam

θνηκας, μάτην ἐγὼ Φιλοτιμοῦμαι ζῆν, μάτην δὲ οὗτος, ὅστις πώποτέ ἐστιν, ἐλεεῖ με τὴν δυστυχῆ. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἐπεβρήνει συνεχῶς. Καὶ ἡ μὲν ἐν τῇ τάφρῳ κατεκέκλειστο μετὰ τῶν κυνῶν. Ὁ δὲ Ἀμφίνομος ἑκαστοτε κἀκείνην παρεμυθεῖτο, καὶ τοὺς κύνας ἡμέρους ἐποίει τρέφων.

mortem obiisti, fruſtra ego vivere annitor, fruſtra iſte; quicunque eſt, infelicis nunc miſeretur mei. Haec dicens continenter lamentabatur. Ita quidem Anthia in foſſa cum canibus incluſa erat, & Amphinomus illam quotidie conſolabatur, caneſque alendo mitigabat.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ
ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Ὁ δὲ Ἀβροκόμης, διανύσας [1] τὸν ἀπ' Αἰγύπτου πλοῦν, εἰς αὐτὴν μὲν Ἰταλίαν οὐκ ἔρχεται, τὸ γὰρ πνεῦμα τὴν ναῦν ἀπῶσαν τοῦ μὲν κατ' εὐθὺ ἀπέσφηλε πλοῦ, ἤγαγε δὲ εἰς Σικελίαν· καὶ κατήχθησαν εἰς πόλιν Συρακούσας μεγάλην καὶ καλήν. Ἐνταῦθα ὁ

XENOPHONTIS
EPHESIACORUM
DE AMORIBUS
ANTHIAE ET ABROCOMAE
LIBER QUINTUS.

ABROCOMAS, ab Aegypto navigans, non in Italiam quidem ipsam pervenit, cum navis vento depulsa recto cursu aberrasset. Ad Siciliam vero Syracusas, amplam pulchramque urbem, appulere. Ibi Abrocomas in-

1 Τὸν ἀπ' Αἰγύπτου) Ita emendavit Hemst. Edd. tenent τὸν Αἰγ.

Ἀβροκόμης γενόμενος ἔγνω περιϊέναι τὴν νῆσον, καὶ ἀναζητεῖν ἔτι περὶ Ἀνθίας εἴ τι πύθοιτο. Καὶ δὴ ἐνοικίζεται μὲν πλησίον τῆς θαλάσσης παρὰ ἀνδρὶ Αἰγιαλεῖ πρεσβύτῃ, ἁλιεῖ τὴν τέχνην. Οὗτος ὁ Αἰγιαλεὺς πένης μὲν ἦν καὶ ξένος, καὶ ἀγαπητῶς αὐτὸν διέτρεφεν ἐκ τῆς τέχνης. Ὑπεδέξατο δὲ τὸν Ἀβροκόμην ἄσμενος, καὶ παῖδα ἐνόμιζεν αὐτοῦ, καὶ ἠγάπα διαφερόντως. Καὶ ἤδη ποτὲ καὶ ἐκ πολλῆς τῆς πρὸς ἀλλήλους συνηθείας ὁ μὲν Ἀβροκόμης αὐτῷ διηγήσατο τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ τὴν Ἀνθίαν εἰρήκει, καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὴν πλάνην· ὁ δὲ Αἰγιαλεὺς ἄρχεται τῶν αὐτοῦ διηγημάτων.

Ἐγὼ, ἔφη, τέκνον Ἀβροκόμη, οὔτε Σικελιώτης, οὔτε ἐπιχώριος, ἀλλὰ Σπαρτιάτης Λακεδαιμόνιος, τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων, καὶ περιουσίαν [1] ἐχόντων πολλήν. Νέος δὲ ὢν ἠράσθην, ἐν τοῖς ἐφήβοις καταλελεγμένος, κόρης πολίτιδος Θελξινόης τοὔνομα. Ἀντήρα δέ μου καὶ Θελξινόη· καὶ τῇ πόλει παννυχίδος

fulam peragrare ſtatuit, ac quaerere, ſi quid audire de Anthia poſſet. Domo excipitur prope litus ab Aegialeo quodam ſene piſcatore, paupere & peregrino. Is, comiter Abrocomam ad ſe receptans, ex artis proventu libenter nutriebat, ac maxime diligebat, ut filium reputans. Aliquando conſertis invicem ſermonibus, cum Abrocomas fortunas ſuas, Anthiam, amorem, erroreſque narraſſet, Aegialeus ita & ſua commemorare orſus eſt.

Ego, inquit, fili Abrocoma, non Siculus, non indigena ſum, ſed Spartanus Lacedaemonius, ex iis, qui plurimum ibi auctoritate & opibus pollent. Prima iuventa virginem amavi indidem civem, cui Thelxinoae nomen, amabatque illa me pariter. Cum pervigilium

1 Ἐχόντων) Ita reſcripſi e Locellae coniectura ſatis probabili, etſi vulgatum ἴσχων haud plane damnem.

ἀγομένης συνήλθομεν ἀλλήλοις, ἀμφοτέρους ὁδηγουμένου θεοῦ, καὶ ἀπηλαύσαμεν, ὧν ἕνεκα συνήλθομεν. Καὶ χρόνῳ τινὶ ἀλλήλοις συνῆμεν λανθάνοντες, καὶ ὠμόσαμεν ἀλλήλοις πολλάκις ἕξειν καὶ μέχρι θανάτου. Ἐνεμέσησε δέ τις ἄρα θεῶν· κἀγὼ μὲν ἔτι ἐν τοῖς ἐφήβοις ἦμην, τὴν δὲ Θελξινοην ἐδίδοσαν πρὸς γάμον οἱ πατέρες διαχωρίῳ τινὶ νεανίσκῳ Ἀνδροκλεῖ τοὔνομα· ἤδη δὲ αὐτῆς καὶ ἥρα ὁ Ἀνδροκλῆς. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἡ κόρη πολλὰς προφάσεις ἐποιεῖτο, ἀναβαλλομένη τὸν γάμον· τελευταῖον δὲ, δυνηθεῖσα ἐν ταὐτῷ μοι γενέσθαι, συντίθεται νύκτωρ ἐξελθεῖν Λακεδαίμονος μετ' ἐμοῦ. Καὶ δὴ ἐστείλαμεν ἑαυτοὺς νεανικῶς, ἀπέκειρα δὲ καὶ τὴν κόμην τῆς Θελξινόης ἐν αὐτῇ τῇ τῶν γάμων νυκτί. Ἐξελθόντες οὖν τῆς πόλεως [1] ἤειμεν εἰς Ἄργος καὶ Κόρινθον, κἀκεῖθεν ἀναγόμενοι ἐπλεύσαμεν εἰς Σικελίαν. Λακεδαιμόνιοι δὲ, πυθόμενοι τὴν

in urbe ageretur, convenimus, ac, ducente Deo, iis rebus, quarum cauſa conveneramus, fruebamur. Per aliquod tempus clam conſueſcere licuit, mutuo iureiurando ſaepe pollicitis, uſque ad mortem conviƈturos. Invidit mihi Deorum aliquis: nondum enim ex ephebis exceſſeram, cum Thelxinoëm parentes nuptum dant Androcli cuidam, indidem adoleſcentulo, qui & ipſam amabat. Puella multa primum cauſando in longum ducit nuptias: tandem ut licuit me convenire, conſentit noƈtu mecum egredi Lacedaemone. Exornamur igitur iuveniliter, comamque Thelxinoës ipſa nuptiarum noƈte totondi. Urbe egreſſi, Argos & Corinthum proficiſcimur, atque inde ſolventes in Siciliam navigamus. Lacedaemonii, fuga audita, nos capitis damnarunt. Hic

1 Ἤειμεν) Ita coniecerat Hemſterhuſius, quod deinde Cod. Fl. firmatum deprehendit Loc. Vulgo, εἶμεν.

Φυγὴν, ἡμῶν θάνατον κατεψηφίσαντο. Ἡμεῖς δὲ ἐνταῦθα διήγομεν ἐν ἀπορίᾳ μὲν τῶν ἐπιτηδείων, ἡδόμενοι δὲ καὶ πάντων ἀπολαύειν δοκοῦντες, ὅτι ἦμεν μετ' ἀλλήλων. Καὶ τέθνηκεν ἐνταῦθα οὐ πρὸ πολλοῦ Θελξινόη, καὶ τὸ σῶμα οὐ τέθαπται, ἀλλὰ ἔχω γὰρ μετὰ ἐμαυτοῦ, καὶ ἀεὶ φιλῶ, καὶ σύνειμι.

Καὶ ἅμα λέγων εἰσάγει τὸν Ἀβροκόμην εἰς τὸ ἐνδότερον δωμάτιον, καὶ δείκνυσι τὴν Θελξινόην, γυναῖκα [1] πρεσβύτιν μὲν ἤδη, καλὴν γενομένην ἔτι Αἰγιαλεῖ κόρην. Τὸ δὲ σῶμα αὐτῆς ἐτέθαπτο ταφῇ Αἰγυπτίᾳ· ἦν γὰρ καὶ τούτων ἔμπειρος ὁ γέρων. Ταύτῃ σύν, ἔφη, ὦ τέκνον Ἀβροκόμη, ἀεὶ ὡς ζώσῃ λαλῶ, καὶ συγκατάκειμαι, καὶ συνευωχοῦμαι· κἂν ἔλθω ποτὲ ἐκ τῆς ἁλιείας κεκμηκὼς, αὕτη με παραμυθεῖται βλεπεμένη· οὐ γὰρ, οἵα νῦν ὁρᾶταί σοι, τοιαύτη φαίνεταί μοι· ἀλλὰ ἐννοῶ, τέκνον, οἵα μὲν ἦν

quidem neceſſariorum inopia laboravimus, gaudentes tamen quaſi omnibus frueremur, quod una eſſemus. Hic non ita pridem Thelxinoë fato ceſſit: corpus non humatum eſt, mecum enim habeo, eiuſque vetere conſuetudine utor.

Haec dicens Abrocomam in interius cubiculum ducit, oſtenditque Thelxinoëm anum, formoſam olim mulierem, Aegialeo etiamnum puellam. Corpus eius conditum erat Aegyptio more, cuius erat ſenex peritus. Haec, inquit, eſt, fili Abrocoma. Illam ut vivam alloquor, una & iaceo, & diſcumbo, & ſi quando a piſcando laſſus revertor, huius me adſpectus reficit: non enim qualis, fili, tibi nunc videtur, apparet mihi, ſed

[1] Πρεσβύτιν) Abreſch. hunc locum ita conſtituit, πρεσβύτιν μὲν ἤδη γενομένην, καλὴν δ' ἔτι Αἰγ. quod ſane concinnius. Idem mox cor. ἀνευρήσω, pro ἂν εὑρήσω, quod recipiendum putavimus.

ἐν Λακεδαίμονι, οἵα δὲ ἐν τῇ Φυγῇ, τὰς παννυχίδας ἐννοῶ. Ἔτι λέγοντος τοῦ Αἰγιαλέως ἀνωδύρετο ὁ Ἀβροκόμης, Σὲ δή, λέγων, ὦ πασῶν δυστυχεστάτη κόρη, πότε ἀνευρήσω κἂν νεκράν; Αἰγιαλεῖ μὲν γὰρ τοῦ βίου μεγαλη παραμυθία τὸ σῶμα τὸ Θελξινόης· καὶ νῦν ἀληθῶς μεμάθηκα, ὅτι ἔρως ἀληθινὸς ' ὅρον ἡλικίας οὐκ ἔχει. Ἐγὼ δὲ πλανῶμαι μὲν κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν· οὐ δεδύνημαι δὲ οὐδὲν ἀκοῦσαι περί σου. Ὦ μαντεύματα δυστυχῆ, ὦ τὰ πάντων ἡμῖν Ἄπολλον χρήσας χαλεπώτατα, οἰκτειρον ἤδη, καὶ τὰ τέλη τῶν μεμαντευμένων ἀποδίδου.

Καὶ ὁ μὲν Ἀβροκόμης ταυτὶ κατοδυρόμενος, παραμυθουμένου αὐτὸν Αἰγιαλέως, διῆγεν ἐν Συρακούσαις, ἤδη καὶ τῆς τέχνης Αἰγιαλεῖ κοινωνῶν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον μέγα μὲν ἤδη τὸ ληστήριον κατεστήσαντο, ἔγνωσαν δὲ ἀπαίρειν Αἰθιοπίας, καὶ μεί-

haeret pectore infixa, qualis Lacedaemone erat, qualis in fuga, ac pervigilio. Aegialeo adhuc loquente, Abrocomas eiulans, O te, inquit, omnium puellam infeliciſſimam, quando vel mortuam inveniam? Aegialeo magnum vitae ſolatium Thelxinoës corpus eſt, ac ſane didici, amorem verum aetatis terminum egredi. Ego terram omnem & maria oberrans quidquam de te audire nequeo. O infortunata oracula! O Apollo, qui duriſſima nobis dediſti reſponſa, nunc noſtri miſerere, iamque finem praedictorum facias.

In huiuſmodi lamentis Abrocomas vitam Syracuſis agebat, conſolante illum Aegialeo, cum quo iam artis ſocietatem inierat. Hippothous validam iam praedonum conſtituerat manum, & abſcedere Aethiopia, ma-

1 Ὅρον ἡλικίας) Hemſterhuſius corr. ὅρου ἡλικίαν, recepitque Lo-cella. Sed & vulgatum recte habet, eodem ſenſu.

ξοσιν ἤδη πράγμασιν ἐπιτίθεσθαι. Οὐ γὰρ ἐδόκει Ἱπποθόῳ αὔταρκες εἶναι, λῃστεύειν κατ' ἄνδρα, εἰ μὴ καὶ κώμαις καὶ πόλεσιν ἐπιβάλοι. Καὶ ὁ μὲν παραλαβὼν τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐπιφορτισάμενος πάντα (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὑποζύγια πολλὰ, καὶ κάμηλοι οὐκ ὀλίγαι) Αἰθιοπίαν μὲν κατέλιπεν, ἦει δὲ ἐπ' Αἴγυπτόν τε καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἐνενόει Φοινίκην καὶ Συρίαν πάλιν. Τὴν δὲ Ἀνθίαν προσεδόκα τεθνηκέναι. Ὁ δὲ Ἀμφίνομος ὁ Φρουρῶν ἐν τῇ τάφρῳ αὐτὴν, ἐρωτικῶς διακείμενος, οὐχ ὑπομένων ἀποσπασθῆναι τῆς κόρης διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν φιλοστοργίαν, καὶ τὴν ἐπικειμένην συμφορὰν, Ἱπποθόῳ μὲν οὐχ εἵπετο, λανθάνει δὲ ἐν πολλοῖς τοῖς ἄλλοις, καὶ ἀποκρύπτεται ἐν ἄντρῳ τινὶ σὺν τοῖς ἐπιτηδείοις, οἷς συνελέξατο. Νυκτὸς δὲ γενομένης οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον ἐπὶ κώμην ἐληλύθεσαν τῆς Αἰγύπτου, Ἄρειαν καλουμένην, πορθῆσαι θέλοντες. Ὁ δὲ Ἀμφίνομος ἀνορύσσει τὴν τά-

ioresque res moliri decreverat: non enim ut singulos spoliaret, sufficere ei videbatur, sed pagos & oppida invadere constituerat. Omnia igitur iumentis & camelis imponens, quorum non exigua illi erat copia, Aethiopia relicta cum sociis Aegyptum & Alexandriam petit, iterumque Phoeniciam & Syriam in animo habebat. Anthiam iam mortuam credebat; sed Amphinomus, qui ad fossam, ubi ea claudebatur, excubabat, amori obsequens, nec se divelli a virgine patiens, quam animo egregie caram habebat, imminentis infortunii metu non secutus est Hippothoum, sed inter turbam eum latuit, absconditque se in antro, ubi commeatus aliquantum collegerat. Noctu Hippothous in Aegypti pagum venit, quem Arium vocant, direpturus. Amphi-

Φρον, καὶ ἐξάγει τὴν Ἀνθίαν, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλει. Τῆς δὲ ἔτι φοβουμένης καὶ ὑποπτευούσης, τὸν ἥλιον ἐπόμνυσι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεοὺς, σεμνὴν τηρήσειν [1] γάμων ἁγνὴν, μέχρις ἂν καὶ αὐτὴ ποτε πεισθεῖσα θελήτη συγκαταβέσθαι. Πείθεται τοῖς ὅρκοις Ἀμφινόμου Ἀνθία, καὶ ἕπεται αὐτῷ. Οὐκ ἀπελείποντο δὲ οἱ κύνες, ἀλλ' ἔστεργον συνήθεις γενόμενοι. Ἔρχονται δὲ εἰς Κοπτὸν, κἀνταῦθα ἔγνωσαν ἡμέρας διαγαγεῖν, μέχρις ἂν προέλθωσιν οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον τῆς ὁδοῦ. Ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν κυνῶν, ὡς ἔχοιεν τὰ ἐπιτήδεια.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον, προσβαλόντες τῇ κώμῃ τῇ Ἀρείᾳ, πολλοὺς μὲν τῶν ἐνοικούντων ἀπέκτειναν, καὶ τὰ οἰκήματα ἐνέπρησαν, καὶ κατῆσαν οὐ τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Νείλου. Πάντα γὰρ τὰ ἐκ τῶν μεταξὺ κωμῶν σκάφη συλλεξάμενοι ἐπιβάντες

nomus foſſam aperit, educitque Anthiam, bonoque eſſe animo hortatur, &, timida & ſuſpicax cum illa etiamnum eſſet, per Solem iurat, ceteroſque in Aegypto Deos, pudicam ſe & intactam ſervaturum, donec ipſa libens aliquando aſſentiatur. Amphinomum, ſacramento credens, Anthia ſequitur, atque una canes ibant, conſuetudine fidi comites facti. Ubi Coptum ventum eſt, aliquot ibi dies morari ſtatuunt, donec Hippothous longius progrederetur; curantque, ne victus canibus deeſſet.

Hippothous, cum ad pagum Arium acceſſiſſet, multos incolarum interfecit, domuſque incendit; nec eadem via, ſed ſecundo Nilo devehuntur. Omnia enim e vicinis pagis collecta navigia cum conſcendiſſent, Sche-

1 Γάμων ἁγνὴν) Haec verba, τῷ σεμνὴν poſita, eliminanda cenſeo. interpretamenti loco ap-

ἔπλεον ἐπὶ Σχεδίαν, καὶ * * κἀντεῦθεν ἐκβάντες παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Νείλου, διώδευον τὴν ἄλλην Αἴγυπτον. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου ἐπέπυστο μὲν τὰ περὶ τὴν Ἄρειαν, καὶ τὸ Ἱπποθόου λῃστήριον, καὶ ὅτι [1] ἀπ' Αἰθιοπίας ἔρχονται. Παρασκευάσας δὲ στρατιώτας πολλοὺς, καὶ ἄρχοντα τούτοις ἐπιστήσας τῶν συγγενῶν τῶν αὐτοῦ Πολυΐδον, νεανίσκον ὀφθῆναι χαρίεντα, δρᾶσαι γεννικὸν, ἔπεμψεν ἐπὶ τοὺς λῃστάς. Οὗτος ὁ Πολυΐδος παραλαβὼν τὸ στράτευμα ἀπήντα κατὰ Πηλούσιον τοῖς περὶ τὸν Ἱππόθοον, καὶ εὐθὺς παρὰ τὰς ὄχθας μάχη τε αὐτῶν γίνεται, καὶ πίπτουσιν ἑκατέρων πολλοί. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης τρέπονται μὲν οἱ λῃσταὶ, καὶ πάντες ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν φονεύονται· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν. Ἱππόθοος μόνος, ἀποῤῥίψας τὰ ὅπλα, [2] ἔφυ-

diam uſque navigarunt, atque inde cum deſcendiſſent, terreſtri itinere prope Nili ripas reliquum Aegypti peragrarunt. Interea Aegypti praefectus, compertis, quae ad Arium facta fuerant, & Hippothoum cum agmine ſuo Aethiopiam profectum eſſe, comparatis multis militibus, quendam e cognatis ſuis Polyidum nomine, adoleſcentem eleganti forma, animoque ad quidvis fortiter agendum promto, praefecit. Is, accepto agmine, ad Peluſium obviam fit Hippothoo, ſtatimque ad ripas proelium commiſſum. Multi utrinque cecidere, &, cum iam nox adeſſet, latrones in fugam verſi, paſſim a militibus caeſi, nonnullique capti ſunt. Unus Hippotho-

1 Ἀπ' Αἰθιοπίας) Ita correxit Hemſterhuſius. Edd. habent ἐπ' Αἰθιοπίαν.

2 Ἔφυγε τῆς νυκτὸς, καὶ) Locella hunc locum ita conſtituit: ἔφυγε, καὶ τῆς νυκτὸς ἦλθ. Equidem τῆς νυκτὸς, tanquam e ſuperioribus prave repetitum, expunctum malim.

γε τῆς νυκτὸς, καὶ ἦλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖθεν, δυνηθεὶς λαθεῖν, ἐπιβὰς ἀναγομένῳ πλοίῳ ἐπανήχθη. Ἦν δὲ αὐτῷ ἡ πᾶσα ἐπὶ Σικελίαν ὁρμή· ἐκεῖ γὰρ ἐδόκει μάλιστα διαλήσεσθαί τε καὶ διατραφήσεσθαι. Ἤκουε δὲ τὴν νῆσον εἶναι μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ὁ δὲ Πολύϊδος οὐχ ἱκανὸν εἶναι ἐνόμισε κρατῆσαι τῶν συμβαλόντων λῃστῶν, ἀλλ' ἔγνω δεῖν ἀνερευνῆσαί τε καὶ ἐκκαθῆραι τὴν Αἴγυπτον, εἴ που ἢ τὸν Ἱππόθοον, ἢ τῶν σὺν αὐτῷ τινα ἀνεύροι. Παραλαβὼν οὖν μέρος τι τοῦ στρατιωτικοῦ, καὶ τοὺς εἰλημμένους τῶν λῃστῶν, ἵν', εἴτις φαίνοιτο, οἱ [1] μηνύσειαν, ἀνέπλει τὸν Νεῖλον, καὶ τὰς πόλεις διηρεύνα, καὶ ἐνενόει μέχρις Αἰθιοπίας ἐλθεῖν. Ἔρχονται δὲ καὶ εἰς Κοπτὸν, ἔνθα ἦν Ἀνθία μετὰ Ἀμφινόμου. Καὶ αὐτὴ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας· τὸν δὲ Ἀμφίνομον γνωρίζουσιν οἱ τῶν λῃστῶν εἰλημμένοι, καὶ λέγουσι τῷ

us, proiectis armis, noctis favore effugit. Ubi Alexandriam venit, conscensa navi clam se subduxit, appetebatque Siciliam maxime, quod ibi & in occulto fore, & victum sibi facile comparandum putaret: audiverat enim, insulam & magnam esse & opulentam. Polyidus non satis esse duxit obvios latrones vicisse, sed perversiganda esse omnia, & depurgandam Aegyptum censuit, sicubi forte vel Hippothoum, vel e sociis aliquem, deprehenderet. Cum parte igitur copiarum, & captivis, ut indices essent, si quis latro appareret, adverso Nilo navigat, oppida perlustrat, cogitabatque usque Aethiopiam progredi. Tandem Coptum pervenere, ubi Anthia cum Amphinomo erat. Cum illa domi esset, Amphinomum agnovere captivi

1 Μηνύσειαν) Ita emend. Hemsterh. Edd. μηνύσει.

Πολυΐδῳ. Καὶ Ἀμφίνομος λαμβάνεται, καὶ ἀνακρινόμενος τὰ περὶ τὴν Ἀνθίαν διηγεῖται. Ὁ δὲ ἀκούσας, κελεύει καὶ αὐτὴν ἄγεσθαι, καὶ ἐλθούσης ἀνεπυνθάνετο ἥτις εἴη καὶ πόθεν. Ἡ δὲ τῶν μὲν ἀληθῶν οὐδὲν λέγει, ὅτι δὲ Αἰγυπτία εἴη, καὶ ὑπὸ τῶν λῃστῶν εἵληπτο. Ἐν τούτῳ ἐρᾷ καὶ ὁ Πολυΐδος Ἀνθίας ἔρωτα σφοδρόν. Ἦν δὲ αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνή. Ἐρασθεὶς δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἐπειρᾶτο πείθειν μεγάλα ὑπισχνούμενος· τελευταῖον δὲ κατήεσαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ὡς δὲ ἐγένοντο ἐν Μέμφει, ἐπεχείρησεν ὁ Πολυΐδος βιάζεσθαι τὴν Ἀνθίαν· ἡ δὲ, ἐκφυγεῖν δυνηθεῖσα, ἐπὶ τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν ἔρχεται ἱκέτις γενομένη. Σύ με, εἶπεν, ὦ δέσποινα Αἰγύπτου, πάλιν σῶσον, ἣ ἐβοήθησας πολλάκις· φεισάσθω μου καὶ Πολυΐδος, τῆς διά σε σώφρονος Ἀβροκόμης τηρουμένης. Ὁ δὲ Πολυΐδος ἅμα μὲν τὴν θεὰν ἐδεδοίκει, ἅμα δὲ ἤρα τῆς Ἀνθίας, καὶ τῆς τύχης αὐτὴν ἠλέει.

latrones. Dicunt id Polyido: Amphinomus capitur, & in quaeſtionem poſtulatus omnia de Anthia narrat. Quibus auditis & illam arceſſiri iubet. Accedentem interrogat, quae, & unde eſſet. Illa nil veri narrat: ſe Aegyptiam eſſe, & a latronibus captam. Inter haec Polyidus vehementer amare Anthiam coepit, licet Alexandriae uxorem haberet: amatam exorare primum conatur, magna pollicitus; tandem, cum Alexandriam deſcenderent, ac Memphi eſſent, vim afferre aggreditur. Illa, cum ſeſe proripuiſſet, Iſidis templum ingreditur, ibique ſuppłex, Tu me iterum, ait, Aegypti domina, ſerves incolumem, quam ſaepius adiuvaſti, & Polyidus parcat mihi, tua ope huc uſque pudicitiam & fidem Abrocomae ſervanti. Polyidus, ſimul & Deae metu, & Anthiae amore, & infortunii miſericordia affectus, tem-

Πρόσεισι δὲ τῷ ἱερῷ μόνος, καὶ ὄμνυσι, μήποτε βιάσασθαι τὴν Ἀνθίαν, οὐδὲ ὑβρίσαι τι εἰς αὐτὴν, ἀλλὰ τηρῆσαι ἀγνὴν, ἐς ὅσον αὐτὴ θελήσει. Αὔταρκες γὰρ αὐτῷ φιλοῦντι εὐδόκει εἶναι, κἂν βλέπειν μόνον καὶ λαλεῖν αὐτῇ. Ἐπείσθη τοῖς ὅρκοις ἡ Ἀνθία, καὶ κατῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσαν ἡμέραις τρισὶν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν ἐν Μέμφει, ἔρχεται ἡ Ἀνθία εἰς τὸ τοῦ Ἄπιδος ἱερόν. Διασημότατον δὲ τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ θεὸς τοῖς βουλομένοις μαντεύει. Ἐπειδὰν γάρ τις προσελθὼν εὔξηται, καὶ δεηθῇ τοῦ θεοῦ, αὐτὸς μὲν ἔξεισιν, οἱ δὲ περὶ τοῦ νεὼ τοῦ θεοῦ Αἰγύπτιοι ἃ μὲν καταλογάδην ἃ δὲ ἐν μέτρῳ προλέγουσι τῶν ἐσομένων ἕκαστα. Ἐλθοῦσα δὲ καὶ ἡ Ἀνθία προσπίπτει τῷ Ἄπιδι. Ὦ θεῶν, ἔφη, φιλανθρωπότατε, ὁ πάντας οἰκτείρων ξένους, ἐλέησον κἀμὲ τὴν κακοδαίμονα, καί μοι μαντείαν ἀλήθη περὶ Ἀβροκόμου πρόειπε· εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔτι ὄψομαι καὶ ἄν-

plum ſolus accedit, iuratque, nunquam Anthiae vim aut iniuriam facturum, ſed caſtam, quamdiu ipſa velit, habiturum: ſibi enim amanti ſat eſſe, ſi ſpectare atque alloqui liceat. Sacramentis fidens Anthia egreditur, cumque ſtatuiſſent triduum Memphi morari ad reficiendos ſeſe, Anthia Apidis templum adit, nobiliſſimum in Aegypto. Deus petentibus reſponſa dat: ubi enim quis Deum oraverit, ipſe egreditur, Aegyptii vero templi cuſtodes, partim ſoluta oratione, partim verſa, futura praedicunt. Accedens & Anthia ad Apidem procumbit, &, O tu prae Diis omnibus, inquit, hominum amantiſſime, & erga cunctos hoſpites miſericors, infeliciſſimae nunc mei miſerere: verum mihi de Abrocoma reſponſum redde. Si quidem illum adhuc vi-

ὅρα λήψομαι, καὶ μενῶ [1] καὶ ζήσομαι· εἰ δὲ ἐκεῖνος τέθνηκεν, ἀπαλλαγῆναι κἀμὲ καλῶς ἔχει τοῦ πονηροῦ τούτου βίου. Εἰποῦσα καὶ καταδακρύσασα ἐξῆει τοῦ ἱεροῦ. Καὶν τούτῳ οἱ παῖδες πρὸ τοῦ τεμένους παίζοντες ἅμα ἐξεβόησαν, Ἀνθία Ἀβροκόμην λήψεται τάχυ ἄνδρα τὸν αὐτῆς. Ἀκούσασα εὐθυμοτέρα ἐγένετο, καὶ προσεύχεται τοῖς θεοῖς. Καὶ ἅμα μὲν ἀπῆεσαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

Ἐπέπυστο δὲ ἡ Πολυΐδου γυνὴ, ὅτι ἄγει κόρην ἐρωμένην, καὶ φοβηθεῖσα, μήπως ἡ ξένη αὐτὴν παρευδοκιμήσῃ, Πολυΐδῳ μὲν οὐδὲν λέγει, ἐβουλεύετο δὲ κατ' αὐτῆς ὅπως τιμωρήσεται τὴν δοκοῦσαν ἐπιβουλεύειν τοῖς γάμοις. Καὶ δὴ ὁ μὲν Πολυΐδος ἀπήγγελλέ τε τῷ ἄρχοντι τῆς Αἰγύπτου τὰ γενόμενα, καὶ τὰ λοιπὰ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου διῴκει τὰ τῆς ἀρχῆς. Ἀπόντος δὲ αὐτοῦ, Ῥηναία (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ τοῦ

fura ſim, & virum habitura, perſiſtam vivendo: at ſi is occubuit, me quoque praeſtat triſti hac vita defungi. His dictis, lacrimans templo exit. Interea pueri ante fanum ludentes una exclamaverunt: Anthia cito Abrocomam virum ſuum recipiet. Quibus verbis animus illi rediit, Deoſque precata eſt, ſtatimque Alexandriam profecti ſunt.

Audiverat Polyidi coniux, puellam ab eo amatam adduci; & metuens, ne hoſpes ſibi praeferretur, Polyido quidem nullum verbum fecit, verum ſecum ipſa conſuluit, quonam modo eam ulciſceretur, quae nuptiis inſidiari videbatur. Polyidus cum praefecto Aegypti, quae facta fuerant, renuntiaſſet, reliqua ad exercitum pro praefecto adminiſtrabat. Abſente illo, Rhenaea (hoc

1 Καὶ ζήσομαι) Haec eſt Cod. Flor. lectio, in quam etiam conieſtando inciderat Hemſterhuſ. Edd. tenent, καὶ στήσομαι.

Πολυίδου γυνὴ) μεταπέμπεται τὴν Ἀνθίαν, (ἦν δὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας) καὶ περιῤῥήγνυσι τὴν ἐσθῆτα, καὶ αἰκίζεται τὸ σῶμα· Ὦ πονηρὰ, λέγουσα, καὶ τῶν γάμων τῶν ἐμῶν ἐπίβουλε, ματαίως ἔδοξας Πολυίδῳ καλὴ, οὐ γάρ σε ὀνήσει τὸ κάλλος τοῦτο. Ἴσως μὲν γὰρ πεῖθειν ληστὰς ἐδύνασο, καὶ συγκαθεύδειν νεανίσκοις μεθύουσι πολλοῖς· τὴν δὲ Ῥηναίας εὐνὴν οὔποτε ὑβρίσεις χαίρουσα. Ταῦτα εἰποῦσα ἀπέκειρε τὴν κόμην αὐτῆς, καὶ δεσμὰ περιτίθησι, καὶ παραδοῦσα οἰκέτῃ τινὶ πιστῷ, Κλυτῷ τοὔνομα, κελεύει ἐμβιβάσαντα εἰς ναῦν ἀπαγαγόντα εἰς Ἰταλίαν ἀποδόσθαι πορνοβοσκῷ τὴν Ἀνθίαν. Οὕτω γὰρ, ἔφη, δυνήσῃ ἡ καλὴ τῆς ἀκρασίας κόρον λαβεῖν. Ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ὑπὸ τοῦ Κλυτοῦ κλαίουσα καὶ ὀδυρομένη, Ὦ κάλλος ἐπίβουλον, λέγουσα, ὦ δυστυχὴς εὐμορφία, τί μοι παραμένετε ἐνοχλοῦντα; τί δὲ αἴτια πολλῶν κακῶν μοι γίνεσθε; οὐκ ἦρκουν οἱ τάφοι, οἱ φόνοι, τὰ δε-

